Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0001-4

6.9.

Xe. 37.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0004-1

# BALDVINI RONS-SEI GANDENSIS
# DE MAGNIS HIPPOCRATIS LIENI-BVS, PLINIIQVE STOMACACE ac Scelerybe, ſeu vulgò dicto
# SCORBVTO Commentariolus.

*Acceſſere*

Eiuſdem epiſtolæ quinq; eiuſdem argumenti.

*Ioannis Echthij de ſcorbuto epitome.*

*Ioannis Vuieri de ſcorbuto obſeruatio.*

*Ioannis Langij Epiſtolæ duæ de ſcorbuto.*

*Citò, tutò, & Iocundè.*

VVITEBERGÆ
Clemens Schleich excudebat.

*M. D. LXXXV.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0005-7

KOEN. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE.

# CLARISSIMO MEDICINÆ DOCTORI, D. HECTORI MITHOBIO, REpub. Hanobrienſis Medico primario, Balduinus Ronſſeus S. P.

*ANNVS IAM FERE eſt mi Mithobi, quod relicta Illuſtriſs. ac clementiſsimi Principis noſtri D. Erici Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducis aula, Landſtroſtio iſthàc iter faciens, te pro veteri inter nos conſuetudine, atq; patrio more, delibato vtcunq;* φιλοτησίας *poculo, quom ſermo de communibus ſtudijs, ſicuti inter æquales ferè fit, incidiſſet: tu tandem id mecum obnixè agere cepiſti, vt*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0007-8

commentariolum noſtrum de
magnis Hippocratis lienibus,
iam iterum prælo committi
mandarem: diſtractis enim
iam undiquaq; exemplaribus
vniuerſis, multos noſtræ profeſ
ſionis illorum maximo teneri
deſiderio, quom indies ſæuiſſi-
ma lues hæc magis ac magis
propagetur: Hoc addens, te, ſi
opus ſit, tranſmiſſo ſcripto, aut
typis excuſo exemplari, eam
prouinciam ſuſcepturum, vt
typographo, qui annuas tuas
Ephemerides excudendas rece-
pit, negocium iſthoc committa-
tur. Quid multis? eò me tan-
dem adegiſti, vt fidem darem,
me prima occaſione exemplar
ſcri-

ſcriptum transmiſſurū, præſer-
tim quando conſtanter aſſere-
res, me non futurum illorum
calumniæ ſubiectum, qui me
inſimulaturi ſint tanq̃ eãdem
ſemper canens cantilenam,
quom illis iam ante à Platone
abundè reſponſum ſit, id quod
egregium eſt, iterum ac tertio
in ſermone repeti oportere. Ego
igitur compoſitis vtcunq; re-
bus meis, vt fidem liberarem,
arrepto calamo libellum, qua
potui diligentia tranßcribo,
nonnullis vbi ferret occaſio
additis: eratq; animus præſcri-
pta quædam medicinalia, qui-
bus vulgus ad morbi curatio-
nẽ vtitur, noſtro inſerere opuſ-

culo, verum quando Doctiſs: Medicus D. Ioannes Vuierus in ſuis obſeruationibus nihil omiſerit, quod ad morbi curationem fore putaret, aſſcriptis etiam muliercularum empiricis remedijs, conſultius eſſe iudicaui, noſtro libello doctiſſimā illius de Scorbuto obſeruationem ſubnectere, quàm ex noſtro pœnu nouam medicamentorum farraginem depromere, atq; ne quid ſtudioſi deſideraret, quoniam tam Vuierus, quàm ego Doctiſſimi Ioannis Langij nō ſemel meminimus, illi ſubiungere duas epiſtolas ex miſcellanea ſecunda, in quibus ex profeſſo de Scorbuto a-

git.

*git. Ne tamen & ego vacuus omnino veniſſe viderer, ex miſcellaneis noſtris, quæ nondum in lucem prodierunt, ſtatim ſub calcem noſtri opuſculi ſubiunxi tres epiſtolas de Sceletyrbe, atq; aliam de lumbagine, quintamq; de Hollandia, in quibus nonnulla quæ ad præcedentis opuſculi intelligentiam faciunt, Candidus inueniet lector. Tu interim mi Mithobi leuidenſe hoc munuſculum grato accipias animo, ac Ronſſeum vt tui ſtudioſiſsimum habe, Vale, Gouda, Calend. Auguſti,*

*1583.*

# M. THEODOR. Soupyrgus, Lectori.

CVm regijs Delphos profectus liberis,
Ex vrbe domina qui ſuperbum propulit.
Aurum cani reconditum tectorio
Ligni, Deo vati obtuliſſe dicitur:
Haud aliter in vili papyro Ronſſeus
Præcioſiorem amice lector, Perſicis
Offert tibi theſaurum opibus, oſcedini
Ratione qua queas mederi, & quæ pedes
Luctator vt vafer capit σκελετύρβην, opes
Lydi quod haud regis queant ditiſsimi.
Quare bonis perge auibus: hoc modo æthera
Conſcendit Æſculapius, volitat virûm
Hippocrates per ora: te quoq; Ronſsee
Laus tua manet, quem poſteri vacui odio,
Et amore, laudibus ferent ad ſidera.

Sic Iunius in Nomenclato re a Marcel lo appellatam ſcribit ſtoma cacen.

*BALDVINO RONSSEO REIPVB. GOVdanæ Medico Ioannes Vuierus Illuſtriß. Cliuiæ &c. Ducis Medicus S. P. D.*

QVOD LVCVBRAtiones tuas de Scorbuto mihi miſeris legendas, cenſendaſque ornatiſsime Ronſſee, facis tu quidem pro ſingulari tua humanitate, & animi candore, quem amplector mirificè: illas vt equidem me legiſſe agnoſco, ita temerarium me fatendum foret, ſi elaborati tui ſcripti cenſor dici velim. Quàm ſit mihi curta ſupellex nõ ſum neſcius. Summoperè autem placet is tuus labor, quem ex profeſſo inſtituiſti de ſcorbuto, licet antea

contractius epiſtola vna doctiſ-
ſima hunc tu omnium, quos
mihi videre licuit, primus ex-
plicueris. Perge igitur hanc ſe-
care glaciem, atq; hos exantlare
labores Reipublicæ admodum
vtiles. & ne diutius ſuppriman-
tur, cura vnicè. In curatione ve-
rò te paulò velim eſſe copioſio-
rem, atq; nonnihil dicere de ijs
curandi modis, quibus felici
ſucceſſu apud Hollandos, Phri-
ſios, & loca maritima vtitur vul
gus. Cum etiam in tibijs, ac ge-
nibus præſertim, neruorum ri-
gor ex graui illo imbibito hu-
more obſeruetur, contra id
ſymptoma, quemadmodum
quoq; ad lituras poſſent fomen
ta linimentaq; adſcribi, Multū,
& ſæpè de hoc morbo contuli
cum doctiſsimo, integerrimo-
que

que medico D. Ioanne Echthio Colonienſe, vt & cum alijs, quorũ audiui iudicia: hinc & ſcriptum quod vides cõmunico, vt legas aliorũq; videas ſentẽtiam. Tã deprauatè hæc exſcripſerat puer, vt me plurimũ offenderit: tranſmitto tamen, vt animum erga te meum oſtẽdam, & quid tuo nomine velim, ſi modo poſſum, intelligas. Libenter etiam chartæ in transſcribẽdo calamum applicuiſſem ipſe, at temporis parum mihi eſt reliquum, tot profectionibus, & occupationibus alijs auocor: quas aũt ſuffuratus ſum paucas horas, libello noſtro nuper excuſo iam relegendo, caſtigando, & augendo impendi. Exemplaria etenim omnia diſtracta eſſe ſcripſit Oporinus noſter,

ſter, & plura à multis deſidera-
ri. Quapropter orauit ille, &
hortatus eſt, vt ante Martini fe-
rias recognitum, & locupleta-
tum exemplar tranſmitterem
Baſileam, ſe illud emendatius,
elegantius, auctiuſque impreſ-
ſurum pollicitus eſt, addito co-
pioſo indice, & Cæſareo priuile-
gi o Tu interim in eo, quod fe-
liciter cepiſti, audacius progre-
dere, pergeq́; iuuare Rempu-
blicam Chriſtianam, & in hoc
totus ſis, vt labor ille tuus mun-
do innoteſcat in multam haud
dubiè Reipub. vtilitatem, Vale.
Cliuis vi. Nouembris,
M. D. LXIII.

Genera-

# Generalia quædam in morbis conſideranda. Caput I.

*QVoniam in ſtomacaces cõſideratione tota hæc noſtra exercitatio verſabitur, non videbitur inconſultum, ſi à primo orſi ouo, quiſnam ſit morbus, inquiramus: Deinde eiuſdem perſcrutemur cauſſas, ac deinceps methodum quandam curatoriam præſcribamus: ſiquidem ſi, vt autor eſt Ariſtoteles, quatuor potiſſimum ſunt, quæ nos in cuiuſque rei notitiam, ceu manu quadam ducunt, quia, propter quid, ſi eſt, & quid eſt, priora duo ſine poſteriorum cognitione haberi nequeant: fieri non poteſt, vt qualitatem, aut cauſſam eius, quod quærimus, prius agnoſcamus, quàm eius naturam, veramq́ue eſſentiam; & abſurdum prorſus ſit, morbi alicuius curam ſuſcipere, cuius naturam, & originem ignores. Neq; ſufficit dixiſſe morbum aut in inſtrumentarijs, aut ſimilaribus conſiſtere particulis: & rurſum eundem, aut ex defectu eius,*

ἀναλυτικῶν ὑστέρων β.

quod adeſſe debebat aut abundantia
cius, quod non erat neceſſarium fieri:
Lib. 2. de locis affect. Aut ſicuti Aſclepiades, in meatuum ge-
nere Sanitatem & morbum reponere,
niſi, quemadmodum docet Galenus,
ſumpto indicio ab excrementorum ſpe-
cie, doloris proprietate, tumoribus præ-
ter naturam, actione læſa, vitio coloris
quod ſequitur, vel in vniuerſo corpore,
vel in vna aliqua parte, & proprijs ac-
cidentibus locum affectum, atq; adeo
morbum ipſum tandem deprehenda-
mus, ac deinde ex locorum varietate,
anniq; conſtitutione, morbos & præſa-
gire, et eorundem eſſentiam dijudicare
poßimus; Alia nanq; natura eſt mor-
borum auſtrinam conſtitutionem ſub-
ſequentium, alia borealem, vt docet
Hippocrates. Siquidem ſi auſtrina fue-
Secti. 3. Aph. 12. rit hyems, & pluuioſa, ver autem ari-
dum & brumale, mulieres quibus in-
ſtat in vere partus, ex qualibet occaſio-
ne abortiunt; & quom hyems ſicca fue-
rit, & aquilonia, ver autem pluuium,
& auſtri-

*& auſtrinum, æſtate exiſtent febres acutæ, lippitudines, & dyſenteriæ. Ad hæc alij vliginoſis, alij campeſtribus, apricisq́; locis in metu ſolent eſſe morbi: Nam Cranon, cuius in epidemijs meminit Hippocrates, peſtilentibus, & putridis morbis maxime fuit infeſtata, quòd in loco concauo, & meridionali ſita eſſet, & auerſa ventis aquilonijs, ſubiectaq́; ventorum tranquillitatibus quas* νηνεμίασ *vocant: Et rurſum, qui loca edita apertaq́; incolunt, tardius ſeneſcũt, ſicuti qui caua, paluſtriaq́;, ocyus: ac locis paluſtribus vlcera capitis celeriter curari, crurumq́; tarde author eſt Ariſtoteles. Præterea Bononiæ, quantumuis leuia capitis vulnera lethalia eſſe conſpicimus: Romæ contrà, quantumcunq; magna ſint, facilem curationem admittere. Ad hæc Romæ tibiarum vel leuiſsima vulnuſcula vix curantur, Bononiæ etiam maxima ocyſsimè ſigillantur: & Ferrariæ, ac Venetijs perpaucæ percipiuntur criſes: Anconæ autem*

Lib. 2. Sectí. 1.

Probie. Sect. 14. prō 6.

*tem*

Lib de aere aqua & locis.

tem vel in ipſa hyeme frequentiſſimè viſuntur. Adeo rectè Hippocrates ſcriptum reliquit, quod quicunq; artem medicam integrè aſſequi velit, primum quidem temporum rationem habere debeat, quantum potentia quodlibet eorum valeat, non enim ſimile quicquam in ipſis exiſtit, verùm differunt inuicem propter varias, quæ in ipſis fiunt, mutationes: Deinde ventorum calidorum, & frigidorum, maximè qui ex his omnibus hominibus ſunt communes, & mox, qui in vnaquaq; regione ſunt indigenæ & proprij. Neq; verò negligentiorem ſeſe circa aquarum facultates cognoſcendas exhibere conuenit. Quemadmodum enim guſtu differunt, & pondere ac ſtatione; ſic quoq; virtute alijs aliæ longè præſtant. Quare ſi quis ad vrbem ſibi incognitam perueniat, circumſpicere oportet eius ſitum, quomodo ſcilicet ad ventos, & ſolis exortus iaceat: Non enim æquales vires ſunt ad Septentrionem ſitæ, & vergentes

*gentes ad auſtrum: neq; eius quæ ſolem exorientem, & quæ eundem occidentem ſpectat. Multùm ſiquidem differt Aſia ab Europa, ſecundum naturas omnium ex terra naſcentium. Solent enim Aſiani Europeis multò eſſe manſuetiores, timidiores, atq; effœminatiores, quod Ariſtoteles per* ἀντιπερίστασιν *fieri contendit; Hippocrates temporum æqualitati, aut inæqualitati acceptum fert. Conſueuerunt etiam nonnunq̃ vitia aliqua repente gigni in certa aliqua terrarum parte, membriſq; hominum certis, vt author eſt Plinius: vel ætatibus, aut etiam fortunis, tanq̃ malo eligente hæc in pueris graſſari, illa in adultis, hæc proceres ſentire, illa pauperes. Nam ſplenitides vliginoſis præſertim locis, in metu eſſe dicit Hippocrates: Et hodie in Stiria & Carinthia ob vitiatas mineris aquas homines ſtruma, & bronchocele adeò affici contingit, vt voce priuentur. Plinius Elephantiaſin peculiare Aegypti malum vocat, neq;*

Prob. Sect. 14 pro 16

Lib de aere aqua & locis.

Lib 7 Cap. 50. & lib. 26 cap. 1.

Lib. de aere aqua & locis.

Lib. 26. cap. 1.

ante Pompei magni tempora Italiam inuaſiſſe demonſtrat: Carbunculum idem Narbonenſi prouinciæ familiarẽ dicit, ac primùm in Italiam veniſſe L. Paulo, & Q. Martio Cenſoribus. Præterea lichenas, ſeu mentagram ante Tiberij Claudij principatum Italia non vidit, quodam Peruſino equite Romano quæſtorio ſcriba, ex Aſia contagem eius importante. Ita ſolet natura varietate rerum ludere, & ſemet quodammodo oblectare, & quemadmodum varias formas, monſtroſosq; partus producit: ita varios interdum, & nouos parit morbos, & alios in nobis deſinere ſinit: argumento poteſt eſſe morbus, quem Gemurſam appellare ſolent priſci, cuius vel nomen ipſum obliteratum eſſe oſtendit Plinius.

Lib. 26. Cap. 1.

## Quis morbus ſit Stomacacaxia dicta, et quo nomine apud Hippocratem appelletur Cap 2.

Lib 25. Cap. 3.

Plinius Naturalis hiſtoriæ libro, nec beſtiarum, inquit, ſcelera ad nocendum ſola ſunt, ſed interim aquarum

*quoq; & locorum. In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua pota, intra biennium dentes deciderent, compageſq; in genibus diſſoluerentur. Stomacacē Medici vocabant, & Sceletyrben ea mala. Id vitium hodie paulò latius ſerpſit, & confines aliquot regiones inuaſit, Hollandiam dico, ac Friſiam, Daniamq;: & ſicuti audio, Flandris, Brabantisq;, hactenus tamen incognitum, paulatim innoteſcere occipit: in Germania etiam locis aliquot ſeſe exerit. Hippocrates ſub finem ſecundi libri prædictionum, Plinij Stomacacen hanc, & Sceletyrben graphicōs admodum his verbis depingit, ac magnitudini lienum acceptas fert. Quicunq;, inquit, dum neq; febricitant, neq; decolores ſunt, ſæpe & verticem & tempora dolent, ſi non alium habuerint manifeſtum abſceſſum in facie, aut grauiter loquantur, aut dentes doleant, his ſanguinem per nares* Lib. 2. prædict.

 *eruptu-*

erupturum expectandum eſt. Quibus verò ex naribus ſanguis fluit, hi, etſi alioqui ſani eſſe videntur, hos autem, vel ſplenem in tumorem eleuatum habere comperies, vel caput dolere: vel ſplendicans quiddam ipſis ob oculos verſatur. Plæriſq; verò horum ſimul & caput, & ſplen hoc modo ſe habere apparent. Gingiuæ vitiatæ, & ora graucolentia his ſunt, quibus ſplenes magni. Quicunq; verò habent ſplenes magnos, & neq; ſanguinis eruptiones ipſis contingunt, neq; oris graueolentia, horum tibiæ vlcera praua habent, atq; ex his cicatrices nigras. Cornelius Celſus latinus meritò Hippocrates dictus, eandem ſententiam ſic reddidit: Quibus ſæpe ex naribus ſanguis fluit, his aut lien tumet, aut capitis dolores ſunt, quos ſequitur, vt quædam ante oculos tanquam imagines, obuerſentur. At quibus magni lienes ſunt, his gingiuæ malæ ſunt, & os olet, aut ſanguis aliqua ex parte prorumpit: quorum ſi nihil euenit, ne-

Lib.2. Cap. 7.

ceſſe

ceſſe eſt in cruribus vlcera, & ex his cicatrices fiant nigræ. Poſſumus & huc accommodare, quæ Celius ille methodicus Siccenſis, & Aeſculapius ſcribunt: ſiquidem alter de lienoſis loquens, præterea, inquit, oris fœtor ægrotantes afficit, cum gingiuarum putrefactione, & defluxione. Sectarum principes meminerunt tenuari etiam cutem uentris, et uenas nigras apparere, atq; craſſiores, & in cruribus vlcera difficilè in cicatricem, vel indecenter venientia. Alter verò quando, inquit, intumuerit pars ſplenis, vſq; ad ſiniſtrum inguen, & præcordia ipſa vſq; ad iugulum dolent, & ex vicinitate aliud latus dolet, cum colore pallido, & liuido, exinde tumeſcit totum corpus cum oris fœtore, in capite. Ante omnia difficultas pedum. His per omnia reſpondent quæ Paulus Aegineta, & Aëtius nobis tradiderunt, quæ breuitatis gratia volens omitto. Poterat enim ſolius Hippocratis vel Celſi locus ſatisfeciſſe, niſi aucto-

Cæl. lib. 3. chron. Cap. 4. Aeſculapuis Cap. 4.

Aegin. lib. 3. Cap. 49. Aetius tit. 3. Ser. 3. Cap. 7

 rum

rum hac congerie manifeſtum prorſus reddere voluiſſemus, Plinium morbi potius ſymptomata, quàm morbum ipſum deſcripſiſſe, neq; ſatis animaduertiſſe ipſius originem, dum, ſicuti rationalis ſectæ diligens vſq; adeo inquiſitor non fuit (vt bona tanti viri venia dicam) ea, quæ ab alijs experientia, ac fortuito aliquo caſu comperta eſſent, ſedulò obſeruare maluit, quàm ſingulorum perſcrutari cauſſas. Si enim magno exiſtente liene, ſanguinis eruptio per nares non fiat, veriſimile eſt, ſanguine illo impuro ad inferiores regurgitante partes, coxas, atq; tibias, non ſecus ac ſentina quæpiam, eundem recepturas; atq; inibi (ſolet enim cutis ſimilis effloreſcere humoribus) ſui veſtigia relicturum: & ſi, qui peccat humor, acrior ſit, corroſa paulatim carne, vlcera producturum, quæ difficilem recipiant curationem, & ſi conſolidentur, poſt ſe cicatrices relinquant nigras, quod vitium loco iam citato Plinius Sceletyrben vocitat.

Lib. 25. Cap. 3.

citat. Solent nanq; ita affecti, vacillante, ac titubante gradu progredi, ſolutis quodammodo in genibus neruorum compagibus: Sin impetu quodam ad ſuperiora feratur humor melancholicus, è ſiniſtra nare ſanguinis fluor ſubſequetur, qui, niſi diutius durauerit malum, morbum per ſe frequenter ſoluit: & quantumuis non liberet, viam tamen ſternit ad faciliorem curationem. Verùm ſi ſanguinis eruptio, nec è naribus, nec hæmorrhoidibus (aſſolet ſiquidem frequenter per has melancholica illa fex expurgari) nec aliunde ſubſequatur, tum demum neceſſum eſt gingiuas vitiari, & os malè olere, & ſplendicans quid ob oculos verſari, ſucco illo melancholico gingiuas inficiente atq; exedente, & fuliginoſis vaporibus cerebrum petentibus: quod vitium Plinius Stomacacen, vulgus medicorum corrupto vocabulo Stomacacaxiam appellat, ac ſi intelligant, vti ſuſpicor τὴν τοῦ ϛομάχου καχεξίαν, quòd magna ex parte cibum

auerſentur ægri, accidens profectò, non huic tantùm, ſed & omnibus ferè in genere morbis commune. Quod quàm ſit friuolum, quiuis, vel tenuiter in re medica verſatus facilè conſequetur, quom potius græcæ dictionis etymon, ad os deprauatum referendum ſit, quò & Danos alluſiſſe veriſimile eſt, dum vitium hoc Scerbock appellitant. Hollandi tamen Aëtium ſequuti Scuerbuyck, tanquam ventris rupturam, aut ramicem dicere maluerunt. Quidam dum vſitatum aliquod latinioribus nomen malo indere voluerunt, Oſcedinem non ſatis propriè vocauerunt, quom Oſcedo teſte Gellio, vitium ſit, quo quis tenetur, vt ſæpius oſcitet.

Tetr. 3. Ser. 2. Cap. 7.

Lib. 4. Cap. 20.

## Quod aliud ſit Stomacace ab icteritia nigra Cap. 3.

Qui Stomacacen, aut Magnos lienes, aut vt ut vocare libuerit, Icteritiam nigram eſſe contendunt, quantum ego quidem conijcere poſſum, tota errant via, neq; ſatis perſpectam habent

Arquati nigri naturã. Nam ſicuti bilis, vt author eſt Galenus, ſi in vna aliqua parte redundat, tantummodo Eryſipelata, & Herpetes excitat, ſin per vniuerſum corporis habitum exuperet, Regium morbum, quem græci ἴκτερον nominant, procreat: ita non vocabimus ſtatim Icteritiam nigram, vbi nigro quodam liuore ſuffundantur tantùm coxæ, tibiæ, aut quod rarius eſt, brachia, & partes circa lienis regionem in ventre, & dorſo, niſi facultas illa attractrix lienis infirma fuerit, & ni meatus, per quos atræ bilis excrementum, ceu limum ſanguinis, naturaliter eliciebat, obſtructi ſint: nam alioqui vbi in vniuerſo corpore ätra bilis fuerit, loco iam allegato, Galenus Elephantiaſin magna ex parte ſubſequi dixit, ſicuti, ſi in vna aliqua parte, Cancrum. Neq; quisq; quod ſciam, veterum, præter Hippocratem, & Paulum ex Aegina medicum, ſuffuſionem hanc atræ bilis per vniuerſum corpus proprio nomine

G. lib. de Sympt. cauſ.

Aegi. lib. 3. cap. 49.

De locis aff. Lib. 5. cap. 7.

compellauit: Nam etiamſi Galenus ob ſplenis vitia, corpus vniuerſum colore ſubatro ſuffundi concedat: proprium tamen nullum nomen eidem affectui attribuit, quom antea pallidæ bilis ſuffuſionem, Regium vocari morbum dicat, atq; ob id omnes ferè ad vnum, proprio carere nomine dixerunt, cuius euidentiſsimum teſtimonium, nobis dat Actuarius: nam qualem in hepate, inquit, arquatum creari diximus, talis etiam affectio in liene oritur, vbi eius humor in totum corpus diffunditur, verùm nigriore colore inficitur, caretq; hic affectus proprio nomine. Qui hoc Arquato corripiuntur, non nulli in ſuppallidum, alij viridem, quidam Liuidum, aut nigriuſculum colorem mutantur, pro humoris peccantis natura, ac conditione. Perperam igitur arquatum nigrum voca bimus, niſi per vniuerſum corpus, ac præcipuè faciem, ater quidam color ſuffundatur, quod clarè in hunc modum Hippocrates teſtatum reliquit.

Meth. med lib 1. cap. 11. & lib. 4.

Lib de morbis 2.

quit. Color, inquit, fit niger circa faciem, & maximè verò circa partes, velut in vmbra, occultatas, & oculi cum virore pallidi, itemq́ lingua infernè, & ſub lingua craſſa, & nigra &c. Et Paulus Aegineta μέλανα ἴκτερον (ſic enim appellat) eſſe dicit, quoties ater ſanguis per totum corpus ſeſe ſpargat, quod in Stomacace noſtra, aut Sceletyrbe nequaq̄ fieri videmus: Siquidem etiamſi vſu veniat interdum præcedente λόρδωσι, quam elumbationem, aut lumbaginem vocant latini, coxas, ventrem, lumbos, atro quodam colore infici, gingiuasq́ adeo affici, vt conſortij lege ipſum palatum non rarò coafficiant, nunquam tamen quiſq́ (quod ſciam) Sceletyrbicum vidit, cuius oculorum album in liuidum, ſuppallidum, aut nigriuſculum colorem mutaretur, & cuius genæ cum tota corporis compage alio tingerentur colore. Et quam vis Galenus Regium morbum, qui ab atra bile fiat, nigriorem eſſe dicat: Itemq́

Lib 3. Cap. 49.

Lib 2. de natur. fac.

bulcerum

hulcerum cicatrices nigras, non ſtatim hinc inferendum erit, in icteritia nigra vlcera fieri, atq; ex his cicatrices nigras, ſicuti in Sceletyrbe fieri aſſolet: Sed videtur Galenus nigras cicatrices quodammodo à Regio morbo ſeiunxiſſe (ſunt enim diſtinctæ inter ſe periodi) atq; id voluiſſe, quod vlcera, ſi quæ lienis vitio oriantur, cicatrices nigras, tanq̃ melancholici humoris veſtigia relinquant. Veriſimile igitur eſt, ſicuti omne excrementum ſui generis morbum creat, ipſumq́; pro ſui natura varia ſolere ſubſequi excrementorum genera: ita Magnos hoſce Lienes, ad extimas corporis partes, pedes dico, pulſo melancholico humore, inibi pro ſui natura morbum conciliare, quemadmodum iam ante Galeni authoritate diximus, ſi in vno aliquo loco bilis fuerit atra, in metu eſſe cancrum: ac proinde vbi crura, & coxas petierit, humorem, vbi aliquandiu delituerit, efflореſcere, atq; ſemet exerere. Solet ſiquidem vt docet

*docet Galenus, cutis ſimilis eſfloreſcere humoribus, vnde & certiſsimam ſucci cognitionem ex colore dari dicit: nam ſi corpus ſolito albius effectum ſit, pituitoſum abundare ſuccum indicat, ſi pallidius aut flauius, bilioſum: ita ſi ad rubicundius, quàm pro natura, ſit mutatum, ſanguinis abundantiam ſubeſſe, ſicuti ſi ad nigrius, quemadmodum in Sceletyrbe contingit, nigram ſupereſſe bilem oſtendit.* Lib. 4. ſanit. tuendæ.

## Quod Stomacace non ſit Volulus Hæmatites, vt ſuſpicatur Ioannes Langius Ca. 4.

*Ioannes ille Langius Palatinorum Rheni Archiatros, vir, ſi quiſquam alius* πολυΐστωρ, *& maximi exactiſsimiq; iudicij, atq;, vt ipſemet de ſe ſcribit* παλαιόφιλος, *dum nouos oriri morbos, quorum ſaltem nulla antea veſtigia apparuerint, inficiatur, ac ſingulos, qui hodie graſſantur, ad aliquem eorum, qui ab Hippocrate, Galeno, aut alijs an-* Epiſt. Med. miſc. 2. Epiſt. 13. & 14.

*tiquioribus*

Hipp. de morb. inter.

tiquioribus recenſentur, reducere conatur, Stomacacen ad tertiam Hippocratici Voluuli ſpeciem, quam hæmatiten vocat, refert, adeoq; clarè ab eodem deſcriptam dicit, vt penicillo vix poſsis melius depingere, producitq; in medium Hippocratem ſic ſcribentem. In hoc morbo, inquit, accidit, vt ex ore malè oleant, à dentibus gingiuæ diſcedunt, & à naribus ſanguis profluit, aliquando ex cruribus vlcera pullulant, & alia ſaneſcunt, alia emergunt, & cutis extenuata nigreſcit. Scita mehercule morbi delineatio, niſi idem ſenex ſtatim ſubiunxiſſet (eſt autem ad laborandum, & deambulandum promptus) quod diuerſum quid à Stomacace innuere videtur. Nam quantumcunq; Sceletyrben à Stomacace ſeiungas, quod & facit Langius, (quod tamen vix fieri poteſt, quom eandem cauſſam, eandemq; ſedem primariò affectam conſequantur) vix tamen è multis millibus vnum reperias, qui Stomacace, aut Sceletyrbe

*tyrbe laborans, ad laborandum, ac deambulandum promptus ſit, quòd humor ille melancholicus per ſe ſegne corpus reddat, atq; ad actiones pigrum. Neq; me mouet, quòd Galenum, aut eum, quiſquis tandem fuerit, qui definitiones medicas conſcripſit, in medium producat, ſigillatim de Sceletyrbe ſcribentem, atq; eandem inter reſolutionis ſpecies, licet non ſatis propriè, referentem: Siquidem quom læſa, vitatiaq; tantùm ſit actio, pedibus cruribusq; non abſolutè ſibi conſtantibus, verùm quodammodo vacillantibus, non autem in totum abolita, deperditaq;, ſicuti in reſolutis demonſtrat fieri Galenus, (dicitur enim, vt idem docet, neruorum reſolutio potiſſimum, vbi motus deperditus ſit, quanquam & ſi ſenſus duntaxat pereat, & ſenſus ſimul cum motu, reſolutionem quoque nominare ſoleant) non ſatis propriè Sceletyrben paralyſin dixeris, quando neq; ſenſus, neq; motus prorſus perierint. Rectius certè, vt Etymon*

De locis affe. li. 3. ca. 10. & Celſus meth. chro. Lib. 4. Cap. 1

*vocabuli*

*vocabuli indicat, oſſium perturbationem appellaueris, quando confuſa quædam, atq; interturbata, neq; recto ordine progrediens cenſenda ſit potiùs motio, quàm motus abolitio: ſi tamen alicui diminutam paralyſin nominare lubeat, non multùm refert, atq; per me, quantum eius fieri poteſt, integrum eſt: permittimus enim lubenter cum Galeno vnicuiq; pro arbitrio nominibus vti, dummodo in cognitione laborantis particulæ non aberremus. Verùm, antequam vlterius progrediamur, Auctorem Medicarum definitionum ſatiùs erit ſemel audiſſe. Sceletyrbe, inquit, ſpecies eſt reſolutionis, qua erectus homo ambulare non poteſt, & latus aliàs in rectum, quandoq; ſiniſtrum in dextrum, nonnunquam dextrum in ſiniſtrum circumfert, interdum quoq; pedem non attollit, ſed attrahit, veluti ij, qui magnos cliuos aſcendunt. Eſto, demus Sceletyrben eſſe reſolutionis ſpeciem, an ſtatim hinc inferendum erit, primarium affectum*

ctum, aut in genibus neruorum compagibus diſſolutis, aut in ſpinæ medulla conſiſtere? minime. Videmus enim cerebrum, ac ſpinalem medullam lege conſortij, alijs membris, & præſertim viſceribus, coaffici. Nam epilepſiam, apoplexiam, atq; ex hac paralyſin oriri certum eſt, ventriculo, eiuſq; præſertim ore primario affecto: Sic Galenus Grammaticum quendam iuuenem, quoties vel nimis vehementer doceret, aut cogitaret, aut inediam ſuſtineret, aut iraſceretur, morbo comitiali correptum refert: Et quod de ſtomacho diximus idem de liene, & hepate pronunciatum volumus: nam quantumuis aliquis hîc obijcere poſſit, ſtomachum cerebro, & rurſum cerebrum ſtomacho affectiones ſuas facillimè tranſmittere, propter neruorum à cerebro ad os ventriculi deſcẽdentium magnitudinem, per quos, vt docet idem Galenus, etiam ſenſus particulæ huic, quàm vlli reliquarum corporis partium, acutior eſt: reliqua

De loc. aff. lib. 5. Ca. 6.

De loc. aff. lib. 3. Cap. 5.

verò viſcera non item. Huic reſpon-
L. de lo aff. 3. Ca. 7. ſum volumus ex Galeno, puero cuidam
quom à crure morbus comitialis oriri
conſueuerat, purgato probè corpore,
membroq́; in medio ligato, ſupra eam
partem, quæ videlicet primaria affecti-
one erat affecta, ac deinceps medica-
mento, quod ex Thapſia, aut ſinapi fit ap
plicito, acceßionem, quæ quotidie inua-
dere conſueuerat, penitus interceptam
fuiſſe: Ac proinde, ſi cruri conſentire
poteſt cerebrum, multò magis iecinori,
ac lieni, quibus ex Sexto neruorum pa-
ri neruos non pœnitendos tranſmittit:
vt interim venarum conſortium omit-
tam, per quas modò ſanguis, modò me-
lancholia ad cerebrum tranſmittitur.
Lib. de arte. Huc adde, quod Hippocrates gibboſita-
tem, quæ infra ſeptum tranſuerſum ſit,
ſolui dicat, quoties varices in cruribus
fiunt, aut in vena iuxta poplitem, ſucco
illo, vt in commento eiuſdem loci docet
Galenus, ad haſce venas delato. Conſue-
uit ſiquidem magna ex parte varicum
origo

origo eſſe ſanguis melancholicus, quod quom ita ſit, non mirum eſt liene primariò affecto, λόρδωσιν interdum, atq; Sceletyrben accidere, genuum compagibus quodammodo diſſolutis: ſolet etenim frequenter, ſi melancholici humoris copia grauetur, eundem ad crura, coxasq; remittere. Sic Hippocrates, magnis lienibus, & ſecundæ & tertiæ ſplenitidis ſpeciei, in cruribus vlcera in metu eſſe dicit. Ac Paulus ex Aegina medicus, ijs qui Lienis obſtructione laborant, vlcera in curibus oriri dicit, quæ cicatricem non reipiant.

L. 2. prædict. & de internis affect. Li. 3. ca. 49.

## De cauſſa Stomacacaxiæ dictæ Cap. 5.

Quanquam Galenus cauſas modò in προηγουμένας, id eſt, præcedentes, ſeu internas, quòd in ipſo videlicet animalis corpore conſiſtant: & προκαταρκτικὰς, id eſt euidentes, quòd extrinſecus aduenientes vehementer alterent, & immutent corpora, diuidere ſoleat, contendatq; abſurdum prorſus eſſe, cu-

Li. 1. metho. & l. 2. de morb. cauſ.

Lib. 4. meth.

 rationis

curationis indicationem ab externa aliqua cauſſa ſumere, quom tamen ad affectus cognitionem plurimum conferat: interdum etiam idem cauſſas in gignentes, & augentes diſpeſcat, animaduertendumq́ doceat in omni morbo, num effectrix cauſſa deſierit, vel etiamnum agat, adeoq́ ipſos morbos tum augeat tum faciat. Nobis generali definitione ſatis erit appellaſſe cauſſam, omne id quod quocunq́ modo morbo aliquid confert; quemadmodum auſtrinam, & pluuioſam hyemem, ſi ver aquilonium ſubſequatur, abortus cauſſam dicere ſolemus: ac proinde magnorum lienum cauſſam partim ad victus imtemperantiam, partim ad corporis totius conſtitutionem, partim ad regionem, atq́ anni conſtitutionem referemus: Ad regionem quidem, quòd vliginoſis locis excreſcere ſoleant lienes, vt autor eſt Hippocrates, & poſt eum Aetius: ſiquidem Hippocrates paſſim, tum potiſſimum libro de aëre, aqua, & locis

Li. 4.&c 7. metho.

Hip aph. ſec. 3. aph. 12.

L. de aere. aqua & locis.

& locis, Hepatitides, ſplenetitideſq; paluſtribus locis acceptas refert. Et Aetius, vbi, inquit, humida affectione ſplen detinetur, atq; ea vbi amplius inualuerit, in tantum eius incrementum facit, vt etiam ventrem pertingat, & hepar. Conſuêrat autem humida diſpoſitio circa lienem conſiſtere, ab immodicè humectantibus, diæta, exercitio, äëreq;, & locis: oboriri ſolet & his, qui circa paluſtres habitant locos. Ab hoc non diſſonat, quod loco iam citato Hippocrates ſcribat Phaſianos, (eſt autem Phaſis fluuiorum omnium ſtagnantiſſimus) pallidum ſemper præ ſe ferre colorem, velut hi qui Regio laborant morbo. Corporis porrò conſtitutioni acceptas ferimus ſplenitides, tam quòd morbus hic, non ſecus ac podagra, aliiq; hæreditarij morbi, hæreditario quodam iure ſoboles inuadere ſoleat, tum quòd corporis compages, ſi melancholica ſit, aut non ſatis compacta, ſed quodam modò fungoſa, oportuniſſimè ſe ha-

Tetra. 3. ſer. 2. cap. 7.

Huiſmodi ſplenes ſe vidiſſe meminit Realdus Columbus lib. anat. 15. ita vt 20. librarum pondus vnus lien excederet.

beat ad lienum excreſcentias. Solent enim, vt author eſt Hippocrates, morbi alij ad alia benè malèue ſe habere. Victus autem rationem cauſſam dicimus, quòd ea potiſsimum, vt autores ſunt Hippocrates & Galenus, & poſt eos omnes, quotquot extant claſsici ſcriptores, ad morborum procreationem plurimum conferat. Nam Elephantiaſin Galenus in Alexandria plurimùm generari autor eſt, ex victus ratione: comedunt enim, inquit, farinam elixatam, & lentem, cochleas, & alia plura ſalita, nonnulli etiam ex ipſis carnes aſininas, & alia eiuſmodi, quæ craſſum, & atræ bilis humorem generant. Et ſi ita de Elephantiaſi Galeno pronunciandũ videtur, cur nobis idem non liceat de lienum excreſcentijs? quando Aëtius aquæ largiorem potum, & holera humectandi vi prædita, ad ſplenis magnitudinem magnopere conferre dicat? Et ſi ſolius aquæ potus, holerumq́ꝫ largior vſus Aetio ad procreationem magnorum

Aph. ſect. 3. aph 3.

Lib. de natu. hum.

Gal. de bono & mal. ſuc.

L. 2. ad Glaucon.

Tetr. 3. ſer. 2. cap. 7.

rum ſplenum ſatisfaciant, cur nobis non liceat dicere Hollandis, tum ob victus intemperantiam, tum ob aëris lociq; qualitatem (vt corporis conſtitutionem laxam quodammodò, & fungoſam omittam) maximè eſſe infeſtas ſplenitides? Satis enim ſuperq; notum eſt, eoſdem cibis nimisquàm melancholici ſucci veſci. Nam prǽterquam aquaticas volucres, quarum apud ipſos quotidianus vſus eſt, etiam fumum, ſi dicere liceat, deglutiunt, dum bubulas carnes (ſicuti in Septentrione noſtro fieri aſſolet) ſale prius conditas, fumo exponunt, atq; eaſdem vſu exigente comedunt: ferculum me hercule, ſi quod aliud melancholico ſucco materiam ſuppeditans. Nam etiamſi quàm maximè boni ſucci ſit quod fumo aſſeruatur, perfumatione, vt ſic dicam, aliam quandam naturam induit, atq; innato ſucco orbum, atri humoris cauſſa efficitur. Cæterum anni conſtitutionem ad lienis augmentum facere dicimus, quòd etſi

*omnibus tempeſtatibus inuadat, longo tamen rerum vſu, & experientia edocti comperimus, humidum, atq; auſtrinum cœli ſtatum, ad lienum excreſcentias plurimum facere. Anno enim à redempto mundo 1556. quom toto anni decurſu pluuiæ, himbreſq; eſſent, flaretq; Auſter, ac Fauonius, inſequente anno plurimos Sceletyrbe, ac Stomacace inuaſit, atq; ita inuaſit, vt multos in vitæ diſcrimen adegerit: & ne longius petantur exempla, anno 1562. cum pluuium eſſet cœlum, ſubſequente anno frequentiſsimas, & moleſtiſsimas vidimus Sceletyrbes, & Stomacaces. Vt hinc manifeſtum prorſus ſit, morbum hunc ſemper quidem eſſe Endemium, (voco autem Endemium, ſicuti ſolet Galenus, eum, qui ex aëre patrio, vel aquis, quibus tota regio vtitur, prouenire ſolet) interdum etiam Epidemium, non tamen peſtilentem. Videmus ſiquidem, humida præcedente cœli conſtitutione, paſsim graſſari, ac contagem*

Gal. comm. in lib. de mor. vulga. & de rat. victus in mor.

*alijs*

*alijs etiam leuißima de cauſſa immittere: adeo rectè quidam aërem, & victus rationem, potißimas morbi cauſſas appellauit.*

## Quibus ætatibus maximè moleſta ſit, & quo anni tempore potiſsimum inuadat. Cap. 6.

*Morbi quidem omnes in omnibus fiunt temporibus, quidam verò magis in quibuſdam ipſorum, & fiunt, & excitantur, vt ait Hippocrates: Sceletyrbe Vere potißimum, ac Autumno acceßiones ſuas facit. Vere quidem atra bile ex profundo corporis, & partibus principalioribus ad exteriores, & ignobiliores lata. Sic Hippocrates, Vere furores, atram bilem, & lepras accidere dicit: Autumno autem, quòd id temporis atra abundet bilis, quæ magnorum, vt diximus, lienum cauſſa eſſe ſolet. Nam Hippocrates autumno febres quartanas, atq; erraticas, & magnos*

Aph. ſect. 3. aph. 19.

Sect aph 3 apho 20.

Sect. apho. 3 apho. 22.

*lienes (ita enim* τὸ σπλῶες *hic inter-*
*pretatur Galenus) fieri dixit. Solent*
*tamen vernæ acceſſiones mitiores, ac*
*breuiores eſſe, autumnales longiores &*
*periculoſiores, & quæ in vitæ diſcri-*
*men ægrum interdum trahant. Aeta-*
*tibus omnibus familiaris eſt, ſenili ta-*
*men grauior, quanquam conſiſtentem*
*frequentius infeſtet: pueris Stomacace*
*frequens eſt, Sceletyrbe non item.*

## De vlcere Sceletyrbico. Cap. 7.

*Quandoquidem qui magnis vexan-*
*tur lienibus, vlceribus, quæ difficulter*
*cicatricem recipiunt, ex Hippocrate ob-*
*noxios diximus, malignorum hulce-*
*rum natura inquirenda eſt, vt ita tan-*
*dem ad cognitionem Sceletyrbici deue-*
*niamus. Solet porrò Galenus malig-*
*num vocare vlcus id, quo humor acris*
*fertur, & vbi locus vlceratus vitiatus*
*vſque adeò eſt, vt quicquid recipit, cor-*
*rumpat, vnde & κακόηθες cauum ap-*
*pellat, vt quod ex corroſione natum*
*eſt.*

Lib. 4. metho.

*eſt. Præterea Hippocrates, vlcera maligna intelligere ſolet per ea, quæ aut vinciri debent, aut inueterauerunt, aut exedunt, aut quæ alioqui ſerpunt, in quo albo, quòd ſceletyrbica collocanda ſint, nemo, vt opinor, eſt, qui negare poſſit, præſertim quòd vlcera omnia, quæ ab atra naſcuntur bile, periculoſa vocare ſoleat Hippocrates: Sic Dyſenteriam, quæ ab atra bile fit, lethalem dicit in aphoriſmis, quòd, vt in commento eiuſdem loci docet Galenus, à cancro vlcerato parum differat; Eſt etenim adeo pernicioſa, atq; maligna melancholia, (de ea loquor, quæ flauæ bili vehementer aſſatæ originem ſuam tribuit) vt in terram compacta, fermenti more, ac quodam quaſi æſtu efferueſcens, eandem iactet, & excutiat, & quæ parti alicui corporis ſeſe affigens, adhærensq; eandem corrodat, atq; exulceret, & ſemper vlterius ſerpat. Nos igitur quoniam paulò latius maligni vlceris nomē patere videbatur, Sceletyrbicum*

Lib. de vlcerib.

Aph Sect. 4. aph. 29.

Gal. de atra bile, & com: in lib. prædicti.

*ad*

*ad particularius aliquod reducere cona-
ti ſumus. Et quoniam Chironia, The-
lephia, Cancri, Phagedænæ ad maligna
referri ſoleant vlcera, deprehendimus
tandem, eadem, quæ antiquis Telephia
dicebantur, eſſe quæ hodie Sceletyrbica
vocantur, ſiquidem, quamuis Galenus,*
Gal. lib. 1. & 14. therap. Aegine l. 4. Cap. 46.
*et Paulus ex Aegina medicus, Telephia
eô dicta dicant, quòd Telephus in tali
vlcere conſenuerit, non obſtat quo mi-
nus eadem ſceletyrbica, & telephia vo-
cemus. Eſt enim veriſimile Telephum
doloris, temporisq́; pertæſum, omnem
mouiſſe lapidem, nullisq́; peperciſſe la-
boribus, quo congruum aliquod medi-
camen reperiret, ac tandem ſenio con-
fectum reperta herba, quam ſibi cogno-
minem eſſe voluit, priſtinam recupe-
raſſe ſanitatem. Eſt ad hæc nimis quàm
notum, Telephium herbam, à Telepho
eſſe inuentam. Vocamus autem Tele-
phium, cum doctiſſimo viro Remberto
Dodonæo eam, quam vulgus cochleari-
am appellat, quòd multis notis cum Dio-*
Dioſ. l. 2. Cap. 18.

*ſcordis*

ſcoridis deſcriptione conueniat, quanquam non deſint, qui vulgò dictam Fabariam eſſe contendant. Eſt autem abſtergendi, & detergendi facultate præditum Telephium, vt docet Galenus, & ad putrida conuenit vlcera, & leucas, & alphos cum aceto abſtergit. Plinius naturalis hiſtoriæ libro vulneribus & fiſtulis prodeſſe autor eſt. Paulus Aegineta, vt alios omittam, vlceribus putredinem expertis vtile eſſe docet: & hodie multiplici experientia compertum eſt, non tantùm aſſumtum, ſed & foris applicitum Telephium, ſceletyrbicis plurimum conferre. Ita, vt hinc certiſſima quadam coniectura conſtanter affirmemus Sceletyrbicum vlcus idem eſſe, quod olim Telephium dictum eſt.

L. 8. Simplicium.

Lib. 28. cap. 12.

Paul. Lib. 7.

## De Magnorum Lienum vniuerſali curatione. Cap. 8.

Quanquan Galenus, tanquam lege quadam vetet, ei venam tundere, cui

Lib. de ſang. miſsio & 4. de Sani tuenda.

cui ſanguinis moles plurimúm à mediocritate receſsit, aut ſi cui (ſi permiſtos humores conferamus) bonus, ac purus ſanguis paucus eſt, reliquus verò ſuccus plurimus, quemadmodum in lienoſis, vbi diutius perſeuerauerit malum, accidere videmus: tamen quoniam in principio naturæ ipſius ductu, ſanguinem per nares profundi contingit, conſultum prorſus fuerit, ſtatim in initio, & antè omnia ſanguinis miſsionem procurare, idq́; quòd omnes ſimul vitioſi humores expurgentur. Eſt enim talis ſanguinis miſsio, ut docet Galenus, quæ omnes humores æquabiliter euacuet: non enim, quemadmodum purgatio, ita venæ ſectio vitioſum quempiam humorem ſeligit, ac detrahit. Detrahendus autem ſanguis erit à vena media brachij ſiniſtri, quod è directo erit, quòd hæc, tum loci vicinitate, tum fibrarum rectitudine, facillimè atque ocyſsimè craſſum ſanguinem à maioribus venis, atq; ipſo potiſsimùm liene euacua-

Secti 2. Aph. 17. Aph & Lib. de ratione victus. com. 11.

euacuabit. Si tamen melancholicus hic ſanguis ad coxas iam defluxerit, omnino ſuaſerim venam poplitis, aut malleoli tundere, vt materiam ibi quodammodo fixam euacuemus: ſiquidem, etſi ſanguinis miſsio, quæ per venam nigram obitur, nonnullis ſufficienter, vel ex ipſis cruribus attrahere poſſe videatur, hoc certum eſt, propter loci diſtantiam reuelli potius, atq; aliò transferri, quàm è corpore euacuari, quòd & ipſe Galenus multis paſsim argumentis conuincit. Lib de rat. vict com. iij. Sanguine, prout vires, & morbi ratio fert, euacuato, non fuerit inconſultum, hoc, aut, ſimili aliquo decocto materiam fluidam reddere, quod recipit, corticum radicum capparis, tamaricis, fraxini ſingulorum drachmas duas. Seminum aniſi, fœniculi, ſingulorum drach. ſemis. quatuor ſeminum frigidorum maiorum ſingul. drach j. herbæ Britannicæ cum radicibus manip. vnum & alterius dimidium, telephij, ſiſimbrij vel naſturtij aquatici, ab-

ſinthij

ſinthij vtriusq́;,vulgaris dico & pontici, chamædrios,teucrij ſingul. manip. 1. quinq; generum myrobalanorum ſingul. drach. 1.aſari,thymi,epithymi, caſſuthæ ſingul. pugillum. 1.florum geniſtæ Manip.dimidium,ſenæ Alexandrinæ vnc.vel ſem.Facta omnium decoctione,prout ars exigit,in aquæ ſufficiente quantitate ad lib.j. & vnc. iiij. patienti matutino, & pomeridiano tempore, colaturæ eiuſdem propinabimus ad vnc.iiij. Si tamen hoc alicui tanquam nimis laborioſum, ac varium, ſuſpectum ſit, poterit ſolius telephij, chamædrios,et abſinthij decocto rem experiri: ſolent enim medicamenta, quò ſimpliciora,eò efficacius vim ſuam,atq; energiam exerere. Vulgus Cepææ, quam à torrente Becabungam vocant,quòd videlicet in riuulorum fundis radices agere ſoleat) telephij ſeu cochleariæ, & naſturtij aquatici decocto conſueuit vti ad morbi depulſionem. Præparata materia à mitioribus inchoandum erit:

Solet

*Solet etenim in initio melancholicus humor reſpuere acria, vehementiaq́ medicamenta, atq; iiſdem quodammodò irritari, exacerbariq́. Sumendæ igitur erunt medicamenti Diaſenæ drachmæ vi, aut vii, aut prout patiens ferendo eſt. Deinde vbi morbus paululum inclinauerit, tutò ad vehementiora tranſeundum eſt, obſeruata hypotheſi, quæ à virium robore ſumitur: Sumendum igitur eſt dilutum aut infuſum Rhabarbari, & agarici in paſtillos redacti, cum drachma vna, aut ij diaſenæ, aut confectionis hamech addita ſeſcuncia ſyrupi ex multiplici infuſione roſarum ſolutiui, aut ſyrupi de epithymo. Proderit deinceps vſum fuiſſe eclegmate, quod recipit, myrobalanorum conditarum vnc. j. conſeruæ florum geneſtæ vnc. ß. conſerue telephij ſeſcunciam, radicum bugloſſi conditarum drach vj. Specierum lætificantis Galeni ſcrup. ij. pliriſarcoticæ, diacapparis, ſingul. drach ß. ſera-*

ſerapij de fumaria, de pomis, de epithymo ſingul. par pondus, miſceantur, ac fiat conditum liquidum. Qui vomitum proritant ex oxymelle, etſi multis experimentis probatum dicant, neq; nihil, neq; omnia facere videntur. Siquidem ſi tenaciùs impactus ſit humor, vix ſubſequetur, ac niſi cum ſumma virium iactura expurgabitur: Sin quodammodò fluctuet, atq; ſupernatet, non prorſus ſpe ſua fruſtrantur, atq; morbi partem aliquam demunt. Verùm ſi quid hactenus mihi longo vſu et ratione comperiſſe licuit, plurimùm prodeſſe dicerem in hoc affectu, abſinthij, aut Telephij, aut fumariæ, aut chamædrios eſſentiam arte chimica elicitam, ſi quotidie pondo granorum plus minus xv, ieiuno Stomacho ſumatur, aut per ſe, aut cum ſerapio de epithymo: Quanquam ſi cui hoc laborioſius videatur, poterit idem experiri, cum prædictarum herbarum tinctura, aut Quinta eſſentia, ex præſcripto Ioannis de

*de rupe ſciſſa cum æthere, aut alcohol vini elicita, quam in morbis melancholicis, & qui iam multos annos radices fixerant, plurimùm profuiſſe comperi, idq; (vt alios omittam) in generoſiſſmo ac nobiliſſimo Domino, Domino Ioanne à Burgundia Fromontij Dynaſta, qui quom multos annos flatibus Hypochondriacis laboraſſet, ac ſemper coactus fuiſſet, ineunte Vere, ac Autumno, varijs multisq́; pharmacis humorem peccantem expurgare, ac ſemet emaciare, tandem ſola fumariæ, atq; chamædrios Quinta (ſicuti ille vocat) eſſentia, minimo negotio reſtitutus fuit: ita vt hoc ceu domeſtico & familiari medicamento, ad annos plus minus duodecim, ad morbi præcautionem felici ſucceſſu vſus fuerit. Atq; quoniam maximo vſuj in hoc morbo eſſe poterit, breuibus conficiendi modum ſubiungam. Accipis æther, ſeu ſpiritum, ſeu alcohol vini, in eo maceras luridas herbas, quarum tincturas, aut*

*eſſentias extrahere cupis, tantiſper dum æther illud omnem tincturam vel viriditatem herbarum imbiberit, deinde reiectis illis herbis recentes indis, idq́ ter, aut ſi opus ſit quater facis, dum abſolutam herbarum tincturam conſequutus ſis, quo perfecto, abiectis fecibus æther illud vſui reſeruas, vſuq́ poſtulante, manè ieiuno Stomacho paruum cochlear patienti propines, dum voti compos fias, & ſi opus ſit leuiculo pharmaco aluum molliente, vſu exigente exhibere poteris. Atq́ hæc hactenus, nunc ad victus rationem deueniendum eſt, hæc enim in propulſandis ac generandis morbis, non parum affert momenti. Nam, vt ait Diogenianus,* ἐκ τούτων γὰρ νοσοῦμεν, οἷς καὶ ζῶμεν. *Eſto igitur incidens omnino, atq́ attenuans victus ratio, abſtinendum ab anatibus, oloribus, anſeribus, aquaticiſq́ omnibus volucribus, exceptis earundem trunculis, ſuilla item carne, demptis etiam petiolis, ſeu vngulis, roſtro, & auribus, fumo incruſtatis carnibus, bubuliſq́*

*omnibus ſi nimio ſale imbutæ ſint: Nam iuuencorum carnes, ſi modico ſale aſperſæ fuerint, atq; octiduum, aut paulò amplius eo condiantur, palato gratiores reddentur, & laudabilioris ſucci. Et quod de iuuencorum carne dico, idem de veruecina pronunciandum cenſeo: Nam excrementitia eius humiditas, ſale aut alio quopiam condimento exugatur, concoctioni prorſus aduerſabitur, & non omnino probi ſucci erit. Potus eſto aut vinum chamædrite (hoc enim ſpleneticis plurimùm prodeſſe comperimus, nam ſcirrhoſos eiuſdem tumores diſcutit) aut abſinthitex, alternis tamen vicibus aut diebus, cereuiſiam tenuem abſinthiten deguſtaſſe, admodum vtile erit: ita enim vberior ſanguinis aduſtio, aut aſſatio præpedietur. Si coxas, aut tibias citra exhulcerationem malum apprehenderit, ſuaſerim molli primùm frictione vti; non eſt enim medicamen in eiuſmodi affectibus præſentius aliquod:*

Gal. de bono & malo ſucc. & de alimen facul.

Lib. 1, 5 [illegible] 6.

*nam & maturat, & rarefacit, & digerit, & euaporare facit noxios humores, atq; ob id Celſus, amat verò, inquit, hoc auxilium valetudo longa, & iam à primo impetu inclinata. Poſt frictionē ſummè commendarim emollientia, & modicè euocantia applicare: nam craſſa omnia pinguia, quòd obſtruāt ſuſpecta ſunt. Si tamē neruorū rigor in genibus, aut tibijs ſentiatur, non fuerit inutile, pingui illa muccagine decoctionis pedū bubulorum, poſt frictiones locum affectum inunxiſſe: nihil enim affectis, contractis, aut rigentibus neruis æquè conuenit. Proderit etiam frequens mundarum faſciarum reiteratio.*

## De cura vlceris Sceletyrbici. Caput. 9.

*Qui Sceletyrbicum vlcus curare aggredietur, primùm, & ante omnia videre debet, num qua intemperies vlceri coniuncta ſit, aut ſi alterius cuiuſpiam particulæ occaſione ingraueſcere, atq; exacerbari ſoleat. Fruſtrà ſiquidem*

quidem conglutinationem vlceris aggrediemur, ſi caro, quæ ſubiecta eſt, intemperata eſt: quo ſit, vt Galenus dicat, vbi intemperiei affectum iam ſanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum ſanabis, non aliter planè nunc curata intemperie, quàm ſi citra vlcus incidiſſet. Quo manifeſtum eſt, non eſſe vlceris, ſed intemperiej propriam omnem eiuſmodi curationem. Ad eundem modum, ſi, aut alterius cuiuslibet particulæ occaſione, aut etiam totius corporis, quom in eo ſanguis maliue ſucci abundant, vitioſum aliquid vlceratis partibus influxerit, medendum priùs eſt, vel ei, quod fluxionis eſt cauſſa, vel etiam toti corpori. Ita etiam & varices, qui ſæpe ſuper exulceratum locum ſunt, priùs ſanabimus, vt deinde mox vlcus ſanemus: etiam, qui ex liene, aut alia quauis notabili parte laborant, ipſa prius parte percurata, mox ad vlceris curationem progrediemur. Sic quoq; Hippocrates in diuturnis, & 3. Metho. Lib. de vlcer.

*malignis vlceribus, id agendum dicit, vt ſanguis crebrò, tam ab ipſis, quàm à partibus adiunctis effundatur, probatq; potiſsimùm huiuſmodi medicinã, quoties vlcus in crure verſatur, vel in digito pedis, vel manus, quòd hæ nimirum particulæ ſubiectæ ſint, & ab alijs dependeant, ac perinde promptè materiam concurrentem recipiant. Sic deniq; Aëtius Amidenus adoleſcenti cuidam diuturuum vlcus ad radicem manus habenti, venam ad vlcus ſupernè allatam exſcindens, intra paucos dies hominem ſanauit. Sceletyrbicum igitur, aut telephium curaturus vlcus, primùm & ante omnia, ſplenis magnitudinem percurabis, atq; humorem melancholicum duces, primùm quidem, ſi ita videbitur, ſanguinis miſsione, deinde expurgato corpore intemperiem totius corporis ſanare tentabis, ſiquidem quando caua ferè, vti diximus, ſint vlcera hæc, nec glutinari, nec carne impleri poterunt, niſi caro quæ ſub-*

Tetr. 4. ſer. 2 Cap. 40.

*ſubiecta eſt, temperata prorſus ſit, ſicut apertè docet Galenus. Quod vbi effectum eſt, videndum reſtat, num varices vſquam, circa vlceratum locum ſeſe exerant, conuenit enim eoſdem ſtatim exſcindere. Præterea circumſpiciendum eſt, num pars affecta iuſto imbecillior ſit, ita vt quemuis etiam ſuccum (vtpote qui nec multò copioſior æquo, aut deterior multò ſit) ad ſeſe recipiat, hunc ſiquidem auerti, regeriq́ue conuenit, inquit Galenus, aſtrictis videlicet, refrigeratisq́ue iis partibus, quæ ante exulceratam ſunt. Inchoanda quoquè deligatio eſt ab ipſa laborante particula, deducendàque verſus ſanam. Quod ſi vlceris labra callo obducta ſunt, eadem circumcidenda ſunt. In ſumma quicquid aliquo modo conglutinationem præpedire poteſt, antequam curationem vlceris aggrediamur, amoliendum eſt, ac ſtatim curandum, vt pars affecta eam ſiccitatem conſequatur, quam in naturali ſtatu ſita poßidebat:*

Lib. 4. metho.

Lib. 4. metho.

 bat:

Lib. de vlcer. bat. Nam neq; Hippocrates vlceribus emplaſtra induci vult, priùs quàm vlcus exquiſitè ſiccatum ſit: Si etenim madeat, impoſiti emplaſtri vis obtundetur, & concluſo ac retento humore, non mediocriter offendetur vlcus. Vlceris igitur omnis, qua vlcus eſt, curatio, mediocris ſiccatio eſt, cauum etiam carne impleri poſtulat. Siccant autem modicè, terra ſigillata dicta, cadmia: his valentior eſt chalcitis lota, & ærugo vſta. Myſi, Sori, & Chalcitin Galenus cognata inter ſe appellat, & ex vna tanquam radice producta: tenuius tamen apparet myſi, ac minus mordax, ac vrens: craſſius Sori eſt, & vtroq; ſiccat imbecillius. Verùm hac hominum incuria multis iam ſeculis delituerunt, & perpaucis hodiè iam cognita ſunt. Stimmi, quod Antimonium vocant Arabes, deſiccat, & aſtringit intensè, vnde & excreſcentias in carne cohibet, & vlcera ad cicatricem perducit, quare oleum illius arte chimica elicitum, in hoc caſu

De ſimp. med. fac. l. 9. & lib. 4. de compo. med. per gen.

Dioſ. lib. 5. Cap. 49.

caſu plurimùm profuturum exiſtimo. Aluminis omnes, quotquot ſunt differentiæ, vt author eſt Galenus, vlcera ſatis deſiccant, verùm quom generosè aſtringant, nemo ijs ſolis ad vlcera curanda vtitur, ſiccari enim, & abſtergi poſtulat vlceris cauitas, non autem, aſtringi. Sed & neque iam dictis omnibus metallicis, quiſque vtetur ſolis, ſed pro loci, vlceriſque ratione attemperabit. Medicamenta igitur, quæ huiuſmodi vlceribus conueniunt, neceſſe eſt, vt facultate ſimul digerente, & aſtrictoria polleant, vt ita quod influit, repellant, & quod parti affectæ inhæſit, diſcutiant: non ſunt enim exacerbanda, exaſperandáue vlcera hæc, ſed citra vllam, quo ad fieri poteſt, mordicationem, & dolorem attrectanda. Aggreſſus iam curationem, quom primùm vlcus ſolueris, vt poſt Galenum docet Aëtius, conſiderabis, quantum humiditatis primum pharmacum ab vlcere deſiccauit, aut, ſi ſordidum fuerit, quantum

Li. de comp. medi. ſecund. gene.

Gal. l. 3. metho.

Lege Tagautium l. 3. cap. 15.

Gal. de comp. mèd. per genera.

Aetius tetra 4. Ser. 2. cap. 40.

*tum ſordium deterſerit, idq́ʒ tertiùm, aut quartùm experiendum eſt, donec purum vlcus erit, ac ſiccum apparuerit; quod vbi animaduerteris, ad aliud quidem medicamentum eiuſdem quidem generis cum priore, ſed debilius te conuertes; quòd fortiora dolores, ac morſum vlceribus repurgatis inferre ſoleant, atqʒ ex puris ſordida nonnunquam efficere. Commendatur autem potiſsimùm à noſtri temporis Chirurgis formula medicamenti Auicennæ aſſcripti, quam Ioannes Tagautius hoc modo deſcribit. Rec. Cadmiæ, aluminis, chryſocollæ, hoc eſt, glutini auri, ſingul. part. octo, æris floris, qui ſpõte ex ære pro ſilit, et corticis æris, hoc eſt æruginis, quæ in officiniis viride æris nominatur vſtorum, ſingul. partem vnam. Gummi cupreſsi partes quatuor. Ceræ, olei roſacei ſingul. quod ſatis eſſe videbitur fiat vnguentum. Galenus, ad Aſclepiadem relatum medicamen hoc, non in efficacius deſcribit, quod habet. Aeris ſquam-*

Lib. 4. Fen. 4 tract. 3. Cap. 10.

Tagaut. L. 3. Cap. 15.

Lib. med. ſec. gen.

*ſqammæ, æruginis raſæ vtriusq́; pondo vnc. vnam. Ceræ ſelibram, reſinæ laricis pondo vnciam ſemis. Ea quæ liquari debent aridis affunduntur, quibus exceptis, ac curioſè mollitis vtitor. Item platyſma exiguum ſoli affectæ parti, vt vlcus tantùm comprehendat, inijcito. Cæterum ambientes partes pharmaco, quod phlegmonen arceat, circumdare oportet, atq; inter curandum tertio quoq; die ſoluere expedit, deinde fomentis mitigare, ipſumq́; emplaſtrum, quod à latitudine* πλάτυσμα *vocatur, abluendo emollire, ac rurſus imponere, donec cicatricem recipiat. Quod ſi ne ſic quidem ſucceſſerit, confugiendum erit ad emplaſtrum illud admirandum Aëtij, & Galeni, quod è* Tet. 4. ſer. 2. Cap. 44. *Sori vocat, cicatricem inducens, deploratis vlceribus opitulans, aut ad emplaſtrum à Paulo Aegineta deſcriptum* Lib. 4. Cap. 46. *ad Chironia conueniens: Recipit autem Ceruſſæ vnc. viii. aluminis ſciſſilis vnc. ij. ſquammæ æris vnc. ij. Salis hammoniaci,*

moniaci, thuris, æruginis raſæ, corticum malorum granatorum, vniuſcuiuſq; vnc. ij. Calcis viuæ vnc. 1. ceræ libram vnam, olej Myrthei libram. iß. arida vino diſſolue. Hoc medicamentum, inquit, callum ab initio exſcindit, & reconditum ſeruatur. Deinde in vſu emollitum myrtheo, cicatricem inducit. Poterit verò quiuis ad corporis, quod curandum ſuſcipit, conditionem & temperiem, actionem ſuam dirigere, atq; modò intendere, modò remittere aliquantulum. Nos exemplis his contenti, ne in longum excurrat oratio, lectorem ad Galenum, Paulum, atq; Aetium relegamus, apud quos vberrimam medicamentorum ſyluulam reperiet. Illud adiecisse contenti, quod ſi cui ſimplicia experiri animus ſit, non fuerit inconſultum, ſuccum Telephij cum mellis pauxillo, in modum vnguenti ulceratis partibus applicuiſſe, quibus ſi Cadmiam in pollinem redactam adieceris, cum modico mali terræ, quam Ariſtolochiam rotundam

tundam vocant, atq; ceræ ſufficienti portione, medicamentum, quod caua repleat, ſordes expurget, & excreſcentem carnem compeſcat, ac tandem ad cicatricem perducat effeceris. Aëtius ad maligna tibiarum vlcera experimento cognitum, lupinos, inquit, aridos vſtos, tritos largè inſpergito, & hapſum lanæ ex vino expreſſum, ſuperligato. Hoc repurgat, incarnat, & ad cicatricem perducit.

## Ad oris vlcera. Cap. 10.

Plinius naturalis hiſtoriæ libro, oris vlceribus remedio eſſe dicit, herbam Britannicam, neq; id iniuria: nam & Dioſcorides depaſcentibus oris, & tonſillarum ulceribus Britannicam herbam priuatim accommodatam dicit: Et Galenus vulnerũ conglutinatoria Britannicæ folia refert, atq; ex his expreſſum ſuccum reſeruari ait, tanq̃ ad Stomatica medicamenta efficaciſſimum. Nam & putreſcentia iam, inquit, quodam

Lib. 25 ca. 54
Lib 5 cap 2
L. 6. Simpl. medi.

Li. 5. metho. dammodò ſanare videtur. Si tamen humidiora eſſe contingat vlcera, ijs, quæ valentius ſiccent opus erit: nam, vt autor eſt Galenus, vlcerum, quæ in ore accidunt, quæcunq; ſunt admodum humida, ea medicamentis egent, quæ vehementer ſiccent, veluti Diphryge, tum ipſo per ſe, tum ex melle, & vino, & mulſo: Præterea ea, quæ Iris dicitur, aut quæ Anthera, hisq; vel ſiccis, vel ex melle, vel ex vino, vel mulſo. Vtile verò eſt ad talia, & Muſæ medicamentum, & Rhois ſuccus, & Omphacium, aliaq; quæcunq; ſtrenuè ſiccant, veluti hæc ipſa, quæ quod in aſsiduo ſint vſu, ςομαλικὰ græcè ſunt dicta. Quare non admodum conſultò mihi facere videntur, qui ad oris vlcera hæc, Cepææ decocto, quam Becabungam vocant, vtuntur: Siquidem etſi modicè aſtringat, humidior eſt, quàm vt oris vlceribus aliquo modo prodeſſe poſsit. Rectius certè fecerint, ſi ad oris collutiones hoc, aut ſimili gargariſmate vſi fuerint.

Recipit

Recipit autem Biſtortæ cum radicibus, tormentillæ cum radicibus, ſingulorum M.ij. malicorij vnc. ij. rhois obſoniorum vnc. j. decocta in aquæ pluuiæ libris ij. ad lib. j. colo transfundantur, colaturæq; addantur, aluminis ſciſſilis drach. ij. mellis optimi vnc. ij. Contendunt nonnulli, non eſſe ad hanc rem præſtantius remedium, quàm collutionem præparatam ex corticibus, & folijs oxyacanthæ vulgaris, & roſis integris nondum maturis in aqùa chalibeata coctis: atq; idem præſtare aſſerunt, oliuæ folia, cum ſtillatitio plantaginis liquore contuſa. Quod ſi ſuperexcreſcere carnem contingat, eandem ſcalpro, aut vulſella eximere conueniet, atq; frequenter os colluere, & interdum hoc, aut ſimili aliquo medicamento affectas partes illinere, quod recipit, ſuccorum Telephij, Britannicæ, aut Tormentillæ. Sing. vnc. ij. mellis optimi vnc. iij. aluminis vnc. ß. cadmiæ ſcrupul iiij. lemnij ſigilli ſcrupu. ij. conterenda conteruntur, &

*vſu artis in modū eclegmatis craſsioris conſiſtentiæ decoquuntur. Si tamen hoc alicui propter aluminis, et cadmiæ quantitatem vehementius videatur, poterit, aut imminuere nonnihil, aut cadmiam abluere inſtillatitio plantaginis liquore. At ſi venæ eæ, quæ aut ſub lingua ſubſiſtunt, aut quæ in labijs ſunt, extuberent, atq; intumeſcant, eædem poſt vniuerſalem purgationem non inconſultò tundentur: quin & id quoq; procurandum eſt, vt ex gingiuis atri illius ſanguinis fluor ſollicitetur: Siquidem niſi id fiat, ſicuti præcedente capite diximus, vlceris conglutinationem præpediet. Dentibus autem vacillantibus optimum eſt oleum calchanti acidodulce chimica arte elicitum.*

## De Prophylactice. Cap. 11.

*Solet morbus hic, ſi ſemel inuaſerit, ſingulis ferè annis recurrere: quò fit vt eò dirigenda ſit omnis noſtra actio, vt quo ad fieri poteſt imminen-*

*tem*

*tem, ac quodammodo inſtantem depellamus: quod Plinius naturalis Hiſtoriæ libro eſu florum herbæ Britannicæ præſtari poſſe credit: florem, inquit, Vibones vocant, qui collectus priusquàm tonitrua audiantur, & deuoratus ſecuros omnino reddit. Superſtitioſa prorſus curatio, quemadmodum & illa, quam de hirundinum pullis ſcribit, qui ſi edantur, toto anno edentes ab angina ſecuros reddunt. Mihi certè tutius videtur ineunte Vere venam tundere, atq; leuiuſculo aliquo Cathartico atram bilem ducere. Nam Galenus hominibus ipſa experientia compertum eſſe dicit, non in ſeipſis tantùm, ſed & in iumentis, ſi ante æſtatis initium, circa vltimam Veris partem ſanguinem detrahant, à morbis, quibus capi ſolebant, ſecuros futuros. Incidenda verò erit aut vena media, quam nigram vocant, aut poplitis, idq; ſi varices aut in coxis, aut tibijs appareant. Proderit ad hæc, ſicuti ante diximus,*

Lib. 25. Cap. 3.

Lib. 30. Cap. 4.

Com 13. aph. ſect. 1.

victus ratione congrua vtì, atq; abſtinere ab his, quæ ſucci melancholici cauſſa eſſe poſſunt. Ad ſanitatis namq; conſeruationem, & morbi effugium, plurimùm referre, quo quiſq; cibo, aut potu vtatur, Iulius Cæſar de bello ciuili teſtatur, vt interim Galenum omittam. Cauendum igitur eſt à carnibus bubulis, macie ſtrigoſis, aut ſenio confectis, aut ſale nimio quodammodo exuccis: ſiquidem Galenus omnibus, qui temperamento naturali melancholici fuerunt, bubulas carnes ſuſpectas habet, ſi largiùs ſumantur, quòd craßiorem ſanguinem, quàm conueniat, generent, & affectus melancholicos procreare ſoleant, inter quos & lienis tumores comprehendit. In eodem albo recenſetur porcina caro, quæ veteris victimæ ætatem ſit aſſequuta. Nam alioqui Hippocrates, ſuillis, inquit, carnibus, nullæ aliæ meliores ſunt, idq; ſi non admodum pingues, neq; etiam pertenues ſint, ac neq; victimæ veteris ætatem ſint aſſecutæ.

De bon. & malo ſucco.

De alim. fac. 3

Lib. 4. de reg. acu.

cutæ. Et Galenus eaſdem exquiſita tertiana laborantibis exhibere non veretur. Volucres omnes fluuiatiles melancholico humori præbent fomitem: At quicquid in quotidianum uſum fumo aſſeruatur, cane peius, ac angue fugiendum eſt: nam præterquam quod duræ eſt concoctionis, ſi quod aliud, atro ſucco materiam ſuppeditat. Contulerit certè, ſi quid aliud, bibiſſe cereuiſiam, aut vinum ὀλιγοφόρον abſinthite: noui etenim nonnullos, qui huius ſolius uſu, non ſolum ingruentem depulerint morbum, ſed etiam factum prorſus perſanarint. Victus ratio eſto eiuſmodi, quæ, quantum eius fieri poteſt, boni ſit ſucci, & facilis concoctionis. Bubulæ igitur carnes, quoniam familiares nobis longa conſuetudine redditæ ſunt, ſi benè habitorum iuuencorum ſint, eaſdem ad dies aliquot modico ſale aſpergi curabimus ante decoctionem, ita enim, & gratioris ſaporis, & facilioris concoctionis, & probioris

Lib. 1. ad Glauc. & Li. 7. meth.

*ſucci reddentur. Ouillæ, quoniam excrementitiæ ſunt, atq; ſucci non omnino laudabilis, eadem conditura præparandæ ſunt, exugit enim ſal excrementitiam illam humiditatem, & concoctioni quodammodò præparat. Aër in quo verſamur, ſerenus prorſus ſit, aut ab auſtrino flatu liber. Domus etiam ſicca ſit, ſolet ſiquidem morbus hic exacerbari frigida, humidaq́; murorum exhalatione. Sub Autumnum autem multò maiore cura, quàm ineunte Vere opus eſſe cenſeo, quòd nimirum præcedens æſtas humores aſſauerit. Quare & tunc quoq́; ſi vires, ætas, atq; corporis conſtitutio permiſerint, vena aperienda erit, atq; humor melancholicus ducendus, efferueſcensq́; illa bilis, hoc, aut ſimili aliquo decocto compeſcenda erit, quod recipit ſeminum quatuor frigidorum maiorum, ſingul, drach vnam, cichorij cum toto, bugloſsi cum radicibus vtriusq; manipulum iſs. ſcolopendriæ, fumariæ, caſſuthæ, capillorum*

rum

rum veneris, teucrij: chamedrios, ſingulorum Manip. 1. florum bugloſſi, boraginis, geniſtæ ſingulorum pugillum vnum. Rhabarbari optimi in nodulo ligati drachm. vnam, ſenæ alexandrinæ à ſordibus expurgatæ vnc. j. Sem aniſi drach. iſſ. fiat omnium decoctio in iuſta quantitate aquæ, ex vſu artis ad libram vnam, iu cuius colatura diſſoluito ſerapij de pomis thabor, de epithymo ſingulo. vnc. j. ex multiplici, infuſione roſarum ſolutiui vnc. ij. Sumet autem ſingulis vicibus vnc. iij. Cæterùm quoniam frequentius hic herbæ Britannicæ quæ nondum prorſus innotuit mentionem facio, lectorem monitum volumus, nos eius loco hactenus vſurpaſſe Biſtortam: hæc etenim Britannicæ facultatibus planè reſpondet. Nam & vim habet aſtringentem, priuatim ad ea, quæ in ore, & tonſillis ſunt depaſcentia vlcera, accommodatam, quemadmodum et de Britannica ſcriptum reliquit Dioſcorides. † Præ erea radices eiusdem Lib. 4. Cap. 2

 vulneri-

vulneribus glutinandis vtiles ſunt, dyſenteriam ſanant, vomitum glutinoſum reprimunt, & fœtum in vtero retinere dicuntur: In ſumma ad omnia alia, quibus aſtrictione opus eſt, vtilis cenſetur, quemadmodum poſt me multi certiſsimis experimentis compererunt: Sunt enim qui huius ſolius vſu, ſicuti & de Britannica ſcribit Plinius, à Stomacace fieri ſecuros exiſtimant. Atq; hæc hactenus de cauſſa, ſanatione, ac præcautione Scorbuticæ dictæ paſsionis. Verùm qnoniam ſtimulis quorundam amicorum prouocati aliquando fuimus, quædam, quæ non ſatis dilucidè in noſtro hoc commentariolo enunciata fuerant, nonnihil apertius per literas explicuimus, uiſum fuit ex miſcellaneis noſtris medicis, tres de Scorbuto epiſtolas, cum vna de lordoſi, ſeu tabe dorſali hîc ſubiungere, vt ſtudioſi faciliùs ad veram morbi cognitionem certa methodo peruenire tandem poſsint:

Quare

# Quare apud Amſtelredamũ, Alecmariam, atq; alia vicina loca, frequentiſsimè infeſtet Scorbutus? Ad Hadrianum Iunium.

QVanquam petitioni tuæ commentariolo noſtro de magnis lienibus, abundè ſatisfactum eſſe exiſtimem, attamen ne æqua quodammodò poſtulanti, aliqua ratione defuiſſe videar, paucula quædam, quæ auctuarij loco eſſe poßint, ſcribemus. Apud omnes igitur receptum eſt, aquas alias, alijs longè eſſe tùm ſalubriores, tùm ὀξυπορωτέρας, ſiquidem vt pluuiæ reliquis magis tenuium ſunt partium, ita faciliùs ſecernuntur, & præcordia minus inflant: Stagnantes contra omnes, vt pigræ καὶ παχομερεῖς ab omnbus reijciuntur. Videmus enim ſæpenumerò obſtructis meatibus eos, qui illis vberius vtuntur, depoſito natiuo colore, auriginoſum quendam induere, quemadmodum

de Phaſianis meminit Hippocrates, vnde non immeritò Plinius, vel ipſos fontes, qui cœnum faciunt, damnat. Huc adde, quod præter eas, quæ à qualitate aquarum ſumuntur differentiæ, pro quorundam etiam locorum, aut temporum diſcrimine varios ſortiantur effectus. Plutarchus enim in vita Craſsi, Lucanam paludem mutatione temporis dulcem, rurſusq́; ſalſam, & potui incommodam fieri aſſerit: Præterea idem in vita Antonij recitat, Antonianos milites in inedia montanum ingreſſos iter, poſt longos labores, ac intolerabilem ſitim, tandem perueniſſe ad fluuium, cuius aqua frigida quidem & pellucida erat, ſalſa tamen, & venenoſa erat, nam bibentibus, inquit, ſtatim tormina ciebat, ſitimq́; inducebat. Author eſt etiam Strabo duos eſſe amnes in Nigroponte Cerum, & Neleum diuerſarum naturarum: nam ſi animalia ex vno potent, pilos eorundem albeſcere, alterius autem aqua ebibita nigreſcere.

Rurſum

Rurſum ſi Plinio credimus in Campania aquæ ſunt, quæ ſterilitatem fœminarum aboleant: Theſpiarum etiam fons conceptus mulieribus repræſentat: in Aegypto potus fœtifer Nilus eſſe traditur, Linusq́; fons in Arcadia partum cuſtodire fertur, nec abortus pati, adeò vt mirum non ſit, paluſtres ac lacuſtres aquas pro loci differentia, alijs alias ad ſplenitidum procreationem longè eſſe oportuniores. Quod & quotidiana docemur experientia, ſiquidem quom alijs prouincijs ſua non deſint ſtagna, & lacus, raras tamen, aut nullas prorſus in eiſdem ſceletyrbes vidiſſe mihi contigit, antequam contagione malum ſemper vlterius ſerperet: In Hollandia contrà, tum ob patrij ipſius ſoli, (vt quod ab alijs planè diuerſum ſit, gleba nec argilloſa, nec ſabuloſa, nec harenoſa, ſed caua quodammodo, & pumicis modo rara) tum aquæ ipſius, quæ terræ naturam imbuit, qualitatem, ſæpiſſimè inuadunt, & quò ſunt lacuſtres magis,

*aut paluſtres loci, hoc etiam frequentiores ſunt Scorbuti. Nam quantumuis omnes ferè Hollandi, ac Friſij eadem penè victus ratione vtantur, ac ſub eodem propemodum verſentur climate: videmus tamen alios alijs ſceletyrbe, aut Stomacace citiùs ac frequentiùs apprehendi. Nam & qui Alecmariam, Amſtelredamum, ac vicina inhabitant loca, multò periculoſiùs, ac frequentiùs ſceletyrbe afficiuntur, quàm qui aut Gaudam, aut Rotterodamum incolunt. Atq; his rarius ſplenitide laborant Dordracenſes, ſiquidem quom vndiquaq; celeberrimis, atq; rapidiſsimis fluuijs alluatur Dordracum, veriſimile eſt ciues fluuiatilem illam aquam, in cocturam ciborum aſſumere, quæ, vt ſtagnante tenuior eſt & facilioris concoctionis, ita etiam viſceribus non vsq; adeò grauis eſt, neq; vti ſtagnans in corpore diu hæret: vt interim loci ipſius naturam ab Amſtelredamenſi, & Alecmariano agro nonnihil diſsidentem*

*tem ommittam. Si quis igitur ſecum perpendat, quàm ſit homini neceſſarius vſus aquæ, non mirabitur, pro aquæ ipſius qualitate morbos gigni. Nam & Hippocrates plurimam partem ad ſanitatem easdem conferre dicit, præſertim quando certum ſit, ſiue bibendum, ſiue edendum ſit, aqua in totum carere nos non poſſe: nam & cibos aqua coquimus, & cereuiſiam, &, quod omnium peſsimum eſt, crudam interdum bibimus aquam, quo ad ſplenitidum generationem, vel ipſo Hippocrate teſte, nihil facit magis.*

## Sceletyrben ac Stomacacen eſſe Magnorum Lienum accidentia, nec eſſe diſtinctum morbum Scorbutũ à magnis Hippocratis lienibus, ad Cornelium Heydium.

*QVas Vuieri noſtri obſeruationes medicas miſiſti mi Heydi, legi, atq; maximi*

maximi lucri, ac laudis loco duco tali viro, iam iterum, ſi non per omnia, ſaltem aliqua ex parte noſtros de Scorbuto labores placuiſſe. Is ſiquidem nunquam fui, qui mihi tantum tribuendum cenſuerim, vt ſi quid à me, aut dictum, aut ſcriptum eſſet, ſi non calumniam, ſaltem cenſuram aliorum ſubterfugere poſſe crederem. Soleo enim rationem, atq; adeò veritatem ipſam ducem ſequi, atq; quàm maximè gaudere, ſi quando à quoquam cum ratione redarguar. Cæterùm quod ille mecum diſſentire videatur in eo, quòd omnes morbos, qui mortale genus hodiè affligunt, ad aliquem eorum, qui à veteribus deſcripti ſunt, reducere coner, non eſt quod diluam, quando in miſcellaneis ſuis diſertiſſimè demonſtrarit doctiſſimus Langius, nullos hodiè exoriri morbos, qui non fuerint priùs, aut quorum veſtigia antè aliqua ex parte non apparuerint. Nam & Hiſpanicam ſeu Gallicam luem, quam

omnes

omnes ferè vno ore nouum & anteactis ſeculis incognitum morbum appellant, farraginem quandam multorum in ſe inuicem mixtorum morborum eſſe dicit, mentagræ dico, lichenis, Græcorum lepræ, phlictænarum, ſerpiginis, exanthematum, & id genus aliorum: Neq; id iniuria, quando ſapiens ille in Prouerbijs dicat, Nihil eſſe ſub Sole, quòd non anteactis ſeculis fuerit: & Comicus aſſerat, Nihil dici modò, quòd non dictum priùs ſit: Siquidem, ſi quis Sympiomata ſudoris Anglici, quem velut nouum, & inauditum, anno humanæ ſalutis ſupra Milleſimum, quingenteſimum, vigeſimo octauo, omnes admirati ſunt, omnes veriti ſunt, cum febre oyphoede, aut ſudorifera conferat, parum admodum, aut nihil differre comperiet, quando in hac, non ſecus ac ſudore illo Britannico, vniuerſum corpus copioſo ſudore madeſcat, atq; exoluatur: Verùm quòd is aliter, quàm ego in noſtris, de magnis lienibus, commenta-

rijs

rijs aſſerui, alium dicat eſſe à Scorbu-
to magnos lienes Hippocratis, ni vani-
tatis redargui velim, cogor paucis no-
ſtram ſtabilire opinionem. Nam quam-
uis mihi vitio vertendum non erat,
quòd per omnia ſcopum ipſum non atti-
giſſem, vt qui primus hanc ſecuerim
glaciem, atq; alijs inuentis addendi oc-
caſionem præbuerim: attamen quoniam
is qui certiſſimis coniecturis, ac rationi-
bus ſua fulcire ſolet, mihi non ſatis hac
in parte ſatisfeciſſe videtur, tacendum
minimè conſultum videbatur. Quòd
ita dictum nolim, tanquam Simiæ in
morem, mei mihi placeant catuli, hoc
ſiquidem deierare auſim, me, ſi doctiſ-
ſima eiuſdem ſcripta, aut longo vſu ob-
ſeruatas curationes, ante noſtros in
publicum diuulgatos de magnis lieni-
bus commentarios, aut vidiſſe, aut le-
giſſe contigiſſet, nunquam ne cogita-
turum quidem fuiſſe de Scorbuto quic-
quam in medium proferendi: Quando
VVieri tanta ſit apud eruditos æſtima-
tio,

tio, vt ei contradicere ſumma quodammodò ſit religio, tam exquiſitum in rebus ambiguis iudicium, vt illi refragari pro inſcitia habeatur, tanta reconditarum rerum (vt omnia vno complectar verbo) cognitio, vt nihil ferè ſit, quod eum ſubterfugere potuerit. Verùm, vt ut eſt, mi Corneli, amicus Socrates, vt inquit ille, amicus Plato, magis amica veritas. Neq; dubito illum, vt eſt candidus prorſus, iniquiore animo laturum aſſertionem meæ opinionis, quàm me illius tacitam reprehenſionem: nec tam vereor illius excandeſcentiam, quàm quorundam calumniam, qui nos de lana caprina diſceptare clamitabunt, quando in remediorum exhibitione inter nos conueniat, in morbi ipſius denominatione controuerſia ſit, dum vnus Scorbutum tanquam nouum, & veteribus inauditum morbum appellat; alter ad Hippocratis magnos lienes eundem reducere conatur, quando ille Scorbutum à magnis

lienibus differre dicit, quòd in his
aut crura, aut gingiuæ tantùm malè
habeant, in ſcorbuto contra vtraq; ſi-
mul afficiantur: Ego contra neceſſari-
um negem, vt in magnis lienibus ſem-
per Stomacace cùm Sceletyrbe con-
iuncta ſit, quando impurus ille ſanguis
lienem diſtendens, interim ad ſuperio-
ra tantùm, nonnunquam etiam ad in-
feriora ſolummodò repat, ſicuti vbi
plurimùm redundauerit, neq; ſubſe-
quuta fuerit eiusdem notabilis aliqua
euacuatio, totum occupet corpus. Sic
lituras frequenter non ſolùm in cruri-
bus animaduertimus, ſed & in bra-
chijs, ventre, tergo, idq; potiſsimùm
λορδώσει aut lumbagine corpus aggra-
uante, quam & ſymptoma quoddam
magnorum lienum eſſe iudicamus. Ac
ſic, mea quidem ſententia, Hippocrates
intelligendus eſt, vbi de magnis lieni-
bus loquitur: ſiquidem quamuis is in
magnis lienibus dixerit, aut gingiuas
vitiari, aut in cruribus vlcera maligna
oriri

oriri, non negat tamen ob id, quin vtraq; hæc inuadere ſimul queant accidentia. Nam quemadmodum, is ſub aphoriſtica quadam breuitate plurima cõplecti ſolet, ita non rarò vnum aliquem morbum, pro exemplo alterius ponit. Sic hîc quoq; in cruribus maligna vlcera, atq; ex his cicatrices nigras poſuit, ſub iiſdem lituras illas liuidas, atq; ſubnigricantes intelligens. Vidimus enim non rarò, vbi diutius duraſſet malum, lituras illas ſuppuratas, atq; in malignum degeneraſſe vlcus, quale Telephium eſſe coniectura ſatis euidenti demonſtrauimus. Nam quod Hippocrates dicit, quicunq; verò habent ſplenes magnos, & neq; ſanguinis eruptiones ipſis contingunt, neq; oris grauecolentia, horum tibiæ vlcera maligna habent, atq; ex his cicatrices nigras; non videtur aliud voluiſſe, quàm quòd magnitudo illa lienum, duce natura, per ſe nonnunquam curetur, idq; ſanguinis è naribus fluore, quem & exempli

*loco ab eodem ſene appoſitum aſſerimus; quom non paucos nouerimus, quos profuſio ſanguinis ex hæmorrhoidibus ab hac ſæuiſsima lue aſſeruerit, quemadmodum etiam nonnullas, quæ menſibus confertim manantibus ſanitatem recuperarint: cæterùm, ſi nulla harum vacuationum ſigna ſunt, corpus variè affici, ita vt modò gingiuæ, modò crura, nonnunquam etiam vtraq́ſ ſimul impetantur, idq́ſ potiſsimùm, quoties humor ille melancholicus ſua copia ſplenem admodum diſtendat. Nam quod Hippocratem ſic intelligendum cenſeam, mouent me Celij methodici Siccenſis, & Aeſculapij loci, in noſtris de magnis lienibus commentarijs, citati, quibus lienoſis fætorem oris, cum vlceroſis cruribus attribuunt. Ac Pauli ex Aegina medici authoritas potiſsimùm libro tertio, capite quadrageſimo nono, qui de lienis cum duritie tumore loquens, ſic ſcribit: Hoc preſsis vitio, os fætet, gingiuæ exeduntur vlcera in*

cruribus cicatricem non recipiunt etc. Adeo ut omnes, quotquot ſunt authores, vno ore ſpleneticis omnibus duo hæc accidentia, oris fœtorem dico, & vlcera maligna in cruribus communia eſſe dicant, quæ modò ſimul inuadere aſſerunt, interim etiam diſtinctim, non eſſe ſiquidem neceſſarium, vt vtraq; ſimul, atq; eodem tempore inuadant: quod & nos de Scorbuto conſtanter affirmamus, quandò plurimos nouerimus, qui quom à ſcorbuto, aut magnis lienibus vexarentur, citra lituras, aut vlcera in cruribus, ſolas gingiuas vitiatas haberent, & os malè olens: & rurſum alios, quibus benè affecto ore, & gingiuis, crura, & coxæ non ſolúm lituris illis fœdarentur, ſed & grauiſſimis, & curatu difficillimis vlceribus impeterentur: adeò nihil ita perpetuum eſt, quin alterationem aliquam non ſuſcipiat. Solent etiam morbis multa accidere, pro loci, temporis, & naturarum ratione. Sic Anconæ, quom

*frequentiſſimæ viſantur criſes, Ferrariæ, & Venetijs rariſſimæ ſunt: ſic alijs locis frequentiores ſunt lituræ illæ in coxis, ac tibijs, citra oris aut gingiuarum noxam aliquam; alijs contra gingiuæ vitiatæ, cum oris graueolentia tantum modò, alijsq; locis vlcera maligna in cruribus citra manifeſtum aliquod oris vitium, aut liturarum veſtigia aliqua, quod nos Goudæ in diuerſis animaduertimus. Quare præter rationem omnem eſſe putamus inferre, Scorbutum non eſſe magnos Hippocratis lienes, quòd in his, quemadmodum in ſcorbuto, os & tibiæ ſimul non afficiantur, quando non ſit neceſſarium omninò, vt iam antè diximus, in vtriſq; combinationem illam accidentium concurrere, idq; potiſſimum, quoties ſanguinis è naribus, aut hæmorrhoidibus euacuatio præceſſit: tum enim os ac gingiuas ſolummodò affici contingit, vt iam ſæpius dictum eſt. Quod etſi vſu veniat, non poſſumus tamen infi-*

cias

cias ire, quin magna ex parte Stomacace, cum Sceletyrbe coniuncta ſit. Cæterùm ob id velle diſtinguere à lienum affectione Scorbutum, atq; ad nouum aliquem morbum reducere conari, mihi certè, ſaluo ſaniore iudicio, ridiculum prorſus videtur, idq; eò potiſſimùm, quòd omnia remedia, tam topica, quàm vniuerſalia dicta, quæ ad hunc morbum etiam ab empiricis concinnantur, ſpleneticis vtiliſſima ſint. Nam vt ea, quæ ſecundum methodum ſunt, omittamus, nouimus nonnullos, qui ſolo pomorum aurantiorum vnà cum corticibus vſu ſanitatem recuperarunt. Quod etſi empiricum ſit, cum ipſa tamen ratione nonnihil habere commune videtur, ſiquidem quom in lienis affectibus, authore Galeno, opus ſit attenuantibus pharmacis; citra manifeſtam aliquam caliditatem, cum modica aſtrictione, vt robur addatur affectæ particulæ, aurantia affecto lieni non prorſus inutilia pronunciabimus. Inci-

 dunt

*dunt etenim, compeſcunt æſtuantem ſanguinem, & robur addunt læſæ parti. Cæterùm num ratione duce, homines barbari, ad propellendam hanc luem anarantijs primùm vſi fuerint, pro incomperto eſt; mihi probabilior ea videtur opinio, quæ fortuitò, & caſu quopiam facultatem hanc compertam eſſe aſſerat, redeuntibus ex Hiſpania Batauis nautis, ac vberi nouitate aurantiorum allectis, præter ſpem auida quadam guloſitate morbum pellentibus, atq; id non ſemel felici ſucceſſu experientibus.*

## Balnea ferrata, aut acida dicta Scorbuto conuenire.

O*Bnixè tuis ad me literis, vir doctiſſime, efflagitaſti, vt paucis explicarem, num Scorbutus, aut lienum magnitudo aquis mineralibus ſanari poſſit. Nam quom, ſicuti in commentariolo noſtro de magnis lienibus aſſeruimus, potiorem originis ſuæ partem att tribua-*

*tribuat ſtagnantibus aquis, veriſimile eſſe certorum aliquot fontium, atq; eorum potiſsimùm, qui metallica aliqua facultate communicent, reſtitui poſſe. Nam ſi quemadmodum docet Plinius libro 31. capite quarto, tales ſunt aquæ, qualis terra, per quam fluunt, qualeſq; herbarum, quas lauant, ſucci; conſentaneum eſt fontium ipſorum vires, proprietateſq; alterari, intendi aut minui, pro terrarum, ac ductuum, per quos transcolantur varietate: alij enim neruis, vt idem eodem libro capite ſecundo author eſt, alij pedibus proſunt, aut coxendicibus, alij luxatis fractiſq;, alij inaniant aluum, ſanant vlcera alij, atq; alij capiti cruribuſq; priuatim medentur, quorum vim obtundi atq; euaneſcere videmus imbre copioſiore, aut alio riuulo in eoſdem profluente. Sic Galenus decimoquarto methodi therapeut, in Lesbo quadraginta à Mytilenis ſtadijs, aquam eſſe ait, cui inſit digerendi facultas, quare quom vehementer de-*

 *ſiccet*

ſiccet, pinguibus, tumefactis, & hydropicis, ſummè conuenire author eſt. Quod quom ita ſit credendum eſſe in tanto aquarum mineralium, aut balneorum varietate aliquem eſſe fontem, qui ſæuiſsimo huic malo opitulari poſsit. Et quom ſingulorum vires, tàm eorum, qui in Italia, quàm qui in Germania ſunt excutio, inter reliquos mihi maximè arrident ij, qui in Arduenna ſylua viſuntur, quos à ſapore acidos nominant, ij ſiquidem vt ferri potiſsimum naturam, cum aliquantula ſulphuris portione ſapiunt: ita ad præſens negotium tam intrò aſſumpti, quàm foris admoti, plurimùm profuerint. Si etenim remedium ſpleni in Scirrhum ſit præſentiſsimum, ferrum aqua, aut vino aut poſca extinctum, vt docet Aëtius tetr. 3. ſer. 2. Cap. 8. quantò magis prodeſſe conſebimus eam aquam, quæ natura duce, in primis venis ferri naturam ac facultatem imbiberit, cuiuſmodi ſunt ſcaturigines eorum fon-

tium,

*rium, qui ferri venas, aut mineram præterlabuntur. Docet enim quotidiana experientia, aquas non tantùm vim, & energiam metallorum, quæ lambendo quodammodo præterfluunt, ad ſeſe allicere: ſed & eorundem ſaporem, quemadmodum in acidis ferrum ſapientibus, cernimus, nonnunq̃ etiam odorem, ſicuti in ſulphurulentis, & bituminoſis videre licet. Credendum igitur eſſe acidos hos fontes, non tantùm excreſcentiæ Lienum, ſed & vlceribus inde natis plurimùm profuturos, quando videamus indies, ſcabiem, & fœda vlcera ſolis balneis, & lotionibus acidorum fontium in Arduenna ſylua ad ſanitatem reduci. Et Scribonius Largus capite 146. ad tumorem, & dolorem, & exulcerationem veſicæ benè facere dicit aquam, in qua ferrum candens demiſſum ſit. Hoc ego, inquit, traxi ab aquis calidis, quæ ſunt in Thuſcia ferratæ, & mirificè remediant veſicæ vitia, appellantur itaq; veſica-*

*riæ*

riæ, quondam Milonis Gracchi prætorij hominis optimi, ad quinquageſimum lapidem reddentis. Neq; id mirum alicui videri debeat, quando nouam quandam naturam, atq; efficaciam, vt diximus, aqua hæc adſciuerit, dum ex contrarijs & repugnantibus inter ſe qualitatibus; calida dico, & frigida, humidaq́; & ſicca, nonnunq̃ adſcititiam naturam imbiberit, ita vt relicta naturali humectatione, qua dulcis ac ſimplex aqua corpora madefacere ſolet, iam ſiccet; non tamen tam intenſè quàm ipſum metallum, cuius per abſterſionem quandam vim imbuit. Atq; huc vt veniamus, conſideranda erit ante omnia ipſius metalli temperies, quòd præterfluens aqua eius facultate participat: & quando de acidis, aut ferratis Arduennæ ſyluæ balneis mentionem fecimus, ferri natura expendenda venit, cuius temperiem varij variè diſpeſcunt. Chimiſtæ enim, qui ſingulis metallis ob quandam cognationem, &

ſimili-

*ſimilitudinem planetas ſuos aßignant, ferro Martem attribuunt, ita vt id Martis nomine paßim appellent: Vnde quom Mars caliditate & ſiccitate excellat, ferrum etiam eisdem qualitatibus inſignitum eſſe inferre videntur. Alij contra frigidum eſſe prædicant, idq́ authoritate Galeni, qui libro methodi, lapidum, inquit, ſubſtantia conſtans ſtabilisq́ propter ſiccitatem & frigus eſt, ad eundem modum æris, & ferri, & vt vno verbo dicam, omnium quæ ex terra fiunt corporum. Et libro quarto ſimplicium medicã, quæ corpora ſunt duriora terrea magis ſunt, inquit: Præterea libro tertio de Simplicium med. facul., corpus terreum craſſum eſt, ait, ferrum & lapis, quod autem terreum eſt, frigidum & ſiccum eſſe compertum eſt. Atq́ huic quidem opinioni, quotquot ferè ſunt Arabes, & Neoterici ſubſcribunt, præſertim quando in mixtione ipſa metalli, ferrum ex terreſtribus partibus, & cœnoſis ſulphuris,*

*phuris, & argenti viui peritiores conſtari doceant, quæ frigidæ & ſiccæ ſubſtantiæ ſunt, vnde & durum, fuſcum, atq; graue ſit. Alij medium quoddam inter vtroſq; ſtatuentes, ferrum in minera repertum calida conſtare natura, ob calidorum mineralium ferrum conſtituentium naturam, aſſerunt: quod verò arte conficitur, à reliquis ſecretum mineralibus frigidum, quoniam terrea, craßioraq; in eo abundantius permaneant, ſubtiliori per vim ignis conſumpto. Qui quidem, vt quod ſentiam eloquar, rectè ſentire mihi videntur, quom videamus thermas, aut aquas, quæ ferri mineram præterlabuntur, temperie eſſe non exquiſitè frigida, ſed cui calor aliquis adiunctus ſit, quem augeri contingit, ſi ſulphuris aliqua minera in propinquo eſt. Quare quom ad Scorbuti curationem opus ſit partim incidentibus, partim acrimoniam humoris peccantis obtundentibus, partim etiam affectæ particulæ robur adſ*

*denti-*

*dentibus, optimè id effecerimus, balneorum ferratorum, aut aquæ acidulæ vſu, addunt ſiquidem, ſi quæ alia, robur ſpleni, moderataq́ʒ ſua frigiditate acrimoniam humorum compeſcunt, atqʒ, quom acido ſuo ſapore obſcurè quodammodò calefacere videantur, ſicut acetum, craſſa incidunt.*

## De Lumbagine, & tabe dorſali, ad Gerardum Kegelin, Pharmacopœum Goudanum.

QVereris, mi Gerarde, te ex torminibus, teneſmo, ac grauiſſimis circa præcordia doloribus quodammodò rediuiuum, in alium morbum, qui varijs modis te excruciet, atqʒ lancinet, tanquam ex charybdi quadam in Scyllam incidiſſe, ac medicos veſtros, neſcio quid de inſtante renum inflammatione præſagire, quòd nimirum dolor, qui te af-

*te affligit, à ſcapulis ad lumbos, atque adeò ad ipſa oſsis coxendicis acetabula diſcurrat. Verùm ego, ſicuti illorum doctrinam & exactiſsimum iudicium probè perſpectum habui, non potui in animum perducere meum, illos tale quippiam de præſenti morbi ſtatu præſagiſſe, quin potius veriſimile eſſe iudicaui, te non ſatis animaduertiſſe, aut alioqui intellexiſſe quid dixerint: quando certum ſit in inflammationibus, obſtructionibus, atq; adeò omnibus renalibus affectibus, dolorem fixum eſſe in loco, neq; vagari incertis ſedibus, quemadmodum in tuo morbo aſſeris fieri. Nec dubito, quin erroris occaſionē tibi præbuerit lumborum & renum nomen, quod apud practicos aliquot medicos, indifferenter pro eodem apud populum (quanquam non ſatis appoſitè) vſurpari hodiè videmus. Quando igitur obnixè efflagitas, vt & ego, quod ſentio, transſcribam, quanquam præſtò tibi adſint doctiſsimi Medici, qui tibi*

*abundè*

abundè ſatisfacere poßint, tamen antiquæ illius noſtræ neceßitudinis memor, meo non deero officio. Morbus ergo etſi longè à nephritidis natura abſit, talis tamen eſt, qui non omninò paruipendendus ſit, græci λόρδωσιν, latini lumbaginem appellant, eſt q; Hollandis tum propter rationem victus, tum loci ipſius qualitatem, vliginoſam prorſus, familiaris planè, ac propemodum indigena, quanq̃ & alijs locis, illos ſoleat inuadere, qui immoderatiore vtuntur venere. Nam ſicuti libro ſecundo de morbis author eſt Hippocrates, corripit maximè ſponſos, atq; veneri deditos, proditq; ipſis genitale ſemen multum, ac liquidum, & genitura in vtero non manet, & in ſomnis ſemen profundunt, ſiue dormiunt cum vxore ſiue non. Verùm hanc tabis dorſalis ſpeciem, ſicuti puto, non eſt quod metuamus; quando veriſimile magis ſit, morbum tuum originem traxiſſe à materia pituitoſa ſanguini, aut flatibus, aut melancholiæ

mixta, per modum catharri à capite per venas in ſpinalem medullam defluente. Siquidem quom ſeptem ſint catarrheumatωn, aut defluxionum ſpecies, ut author eſt libro de glandulis Hippocrates, quibus cerebrum ſeſe exonerare ſolet, per nares dico, per aures, per oculos, per palatum in guttur ac gulam, ac reliquæ per venas in medullam ſpinalem, & ſanguinem; neceſſum eſt locum, in quem defluxio decumbit, variè affici, pro materiæ ipſius tum qualitate, tum quantitate. Nam ſi recrementa, aut ſordes, quæ à cerebro in aliam partem defluunt, non prorſus malignæ ſint, ac quantitate paucæ, dolor ipſe & affectus talis erit, qui à natura facilè euinci, ac diſcuti poßit: Sin excrementa tum qualitate, tum quantitate peccant, credendum eſt, eadem grauißimorum ſymptomatum occaſionem præbitura. Ac proinde quoniam de reliquis ſex omißis, de ea tantum defluxionis ſpecie, quæ à capite per venas

nas in ſpinalem medullam decumbit nobis ſermo eſt : ſciendum eſt, quod quoties frigidi ac lenti humores in ſpinam defluunt, vicinas partes primùm occupare, atq; afficere; quæ niſi ita robuſtæ ſint, vt conceptam materiam ſtatim euincere, ac diſsipare poſsint, easdem ad ſubiectas, ac maximè vicinas partes viciſsim tranſmittunt, quæ dum neruoſum genus diſtendit, grauiſsimis doloribus totum hoc corpuſculum lancinat, incipiendo à ſcapulis, & ſenſim ſerpendo ad lumbos, atq; interdum etiam ad ipſum os coxendicum. Atq; ita affecti vix progredi, aut ſeſe loco mouere poſſunt, quam affectionem propriè Lumbaginem, aut λόρδωσιν vocamus: ſi quis tamen neotericorum Guttam dicere malit, quòd tanquam gutta à cerebro defluat humor, rectius fecerit, quàm ij, qui generaliter ad omnes articulorum dolores guttæ nomen accommodare voluerunt. Habet autem hoc cum quartana commune, quod omnibus

*anni temporibus inuadat, æſtate tamen ſit breuior, autumno longior, maximeq́ ſi hyemem attingat. Cæterùm ſi acrior ſimul, & tenacior ſit humor, qui à cerebro defluit, atq; maiore cum impetu feratur, iam non ſolum in ſubiectam ſpinam decumbit, verùm etiam in acetabula oſſis coxendicis, ac tum demum tabem dorſalem, aut ſpinalem, aut oſſis ſacri dicti Hippocrati, conciliat; malum tale, in quo vitam pro morte commutare pro ſolatio eſt, quando ſemper magis ac magis ingruentibus doloribus, requiei tempus nullum conceditur, ſiquidem, vt libro de glandulis Hippocrates ait, Oritur morbus ex defluxione capitis per venas in ſpinalem medullam, inde autem in os ſacrum impetum facit, quo medulla ipſa fluxionem producit, & in coxendicum acetabula ſeu iuncturas deponit, & ſi tabem fecerit, homo macreſcit, atq; hoc modò contabeſcit, & viuere non expetit: ſtatim enim ſcapulæ dolent, amboq́ pedes*

ac

ac crura conſequuntur, & ſemper tandem pereunt multo tempore curati, atq; ſic deflorescit homo, & moritur. Habet præter cætera cum reliquis tabidis commune, quod autumnus ei magna ex parte exitialis ſit, ver autem ad pharmaciam oportuniſsimum. Porrò quod ſpinalis medulla areſcat, atq; marceſcat, in cauſſa eſt obſtructio orificiorum, ac venarum, atq; vaſorum à cerebro ad ſpinam ſauguinem atq; ſpiritum deferentium: quo fit, vt curandi methodus in eo conſiſtat, vt reſeratis poris, materia peccans euacuetur. Quod ſi plethoricum quoq; corpus ſit, primùm tundenda erit vena, aut humeraria brachij dextri, aut media ſiniſtri, aut etiam ſi vſus exigat, poplitis, & ſi fortè tumeant ora illa venarum, quas hæmorrhoidas græci appellant, conſultum erit eaſdem, aut admotis ſanguiſugis, aut alio quouismodo adaperire, ſolet enim, ut antè diximus, lumbaginis cauſſa eſſe. Humor melancholicus, qui quamuis craſ-

*ſior eſſe videatur, quàm vt commodè ad ſpinam transmitti poßit: quotidiana tamen experientia ita fieri poſſe docet, quando lienoſis lumbaginem indies ſuperuenire conſpiciamus, quemadmodum in ſceletyrbe noſtra annotauimus. Et Galenus commento tertio in primum prorheticῶn Hippocratis, idem apertè demonſtrat, dum dicit, lumbis dolentibus expectandam euacuationem per hæmorrhoides, quòd propter earundem retentionem, non raró doleant lumbi, magisq; ſi eius temperatura, qui ita afficitur, melancholica ſit, aut ſi abſcedentes, vt ſic loquar, præcedentis morbi reliquiæ, ad ora illa venarum delatæ, exitum non habeant, quod & tibi accidiſſe ipſe, ni fallor, meminiſti. Poſt ſanguinis igitur mißionem decoctis res tentanda eſt, quæ materiam fluidam reddant: deinde medicamenta purgantia, pro humoris peccantis ratione propinanda erunt, incipiendo à clementioribus, habita ſemper ratione*

*capitis,*

*capitis, tanquam partis primariò affe-ctæ. Deinde ſi res exiget, fortioribus etiam vtendum erit, in quem vſum Elaterium ſuum Hippocrates ſummè commendatum habet. Ego magis pro-barim globulos ex agarico, cum turpe-thi portione aliqua maceratos, idq́ aut in decocto foliorum ſenæ, cui nonnihil ſeminis aniſi, aut fœniculi additum ſit, aut alio quouis, prout res exigere vide-bitur. Poſt purgatum corpus, conſultum erit fomentationibus, frictionibus, inunctionibusq́ vti, quæ ſimul & euo-cent materiam, & dolorem mitigent, & robur addant affectæ particulæ. Poterit etiam in eundem vſum, ſi lo-cus, tempus atq́ ægri conſuetudo ad-mittant, præparari balneum, aut aquæ dulcis, aut quod artificioſè confectum ſit, ex verbena, roſis, Saluia, libanotide, chamæmelo, meliloto, atq́ alijs id genus aquæ incoctis. Quod ſi per ſe non ſatis fluxa ſit aluus, ſuadet Hippocrates, vt eandem, iniecto lacte, eluamus: At ſi*

humor tenacius inhæſerit, atq; altius quodammodo impactus fuerit, ac flatus vtcunq; fuerit particeps: non ſolùm iam dictis hypotheſibus exequendum erit negocium, verùm etiam medicamentoſas illas cucurbitulas in vſum vocare par erit, vt videlicet humor ille, earundem attractione, foràs euocetur, cautione interim habita, ne copioſior ſit materia, quàm vt commodè per eaſdem educi poßit, ſiquidem alioqui periculum eſſet, ne nouus quidam fomes morbo ſuppeditaretur. Victus ratio incidens, atq; attenuans, & quæ non omnino tenuis ſit, iniungenda eſt: protenditur enim malum hoc, vt reliqui articulares morbi, vt minimum, in vigeſimum diem; vt plurimum, in quadrageſimum, quanquam non rarò metas has excedat. Potus ſit interim vinum ὀλιγοφόρον, quod nos villum dicimus, interim cereuiſia tenuis diligenter cocta. Somnus ſit temperatus, & qui concoctioni ciborum ſufficiat, nimius

enim

*enim catarrhis obnoxium reddit cerebum. Exercitium moderatum eſto, pro virium robore, ac tolerantiæ ratione citra defatigationem. Tu interim vale, atq; id cura, vt pro valetudinaria, quàm ocyßimè athleticam corporis conſtitutionem nobis offeras. Lysfeldio.*

## De Hollandia.

DE *Hollandia noſtra varij variè ſentiunt, ſunt enim qui Boreæ, ac Rheni munus eſſe ſuſpicentur, quemadmodum in ſymmictis ſuis annotauit Petrus Nannius: alij à ſyluarum frequentia Holtlandiam appellatam affirmant: alij rurſum à fœno Hoylandiam dici volunt: potior tamen, ac vulgò magis recepta opinio eſt, quæ à terræ cauitate Hollandiam nominatam exiſtimat. Nam quantumuis Martinus Dorpius eam tantùm probet, quæ à lignorum congerie Holtlandiam vocatam dicit, ac reliquos, qui aliter ſentiant, pro ridiculo habeat, quod veriſimile ſit, illic olim*

*magnas, denſasq́; fuiſſe ſyluas, quæ aut tempeſtate, aut vi ventorum, aut terræ motu, aut alio quouis modo conciderint, vbi nunc paßim multò infra terram ingentes quercus reperiuntur, atq; effodiuntur: euidentißimis tamen argumentis id vanum eſſe demonſtrat Nannius, quom pleraq́; Hollandiæ loca, atq; ea præſertim, è quibus ligna hæc effodiuntur, arbores auerſentur, ac proinde veriſimile eſſe, arbores has aliundè inuectas, potißimùm quando Plinius libro ſecundo dicat, inſulas nonnullas ſemper eſſe fluctuantes: & lib. 16. Cap. 1. idem aſſerat, non procul à Caucis (quos Bremenſes, aut his confines eſſe ſuſpicantur) circa duos præcipuè lacus, littora ipſa obtinere quercus, quæ ſuffoſſæ fluctibus, atq; propulſæ flatibus, vaſtas radicum inſulas ſecum auferant, atq; in finitima æſtuaria deferant. Huc adde quod recenti hominum memoria, anno nimirum 1552. euentus docuit inundationibus ma-*

ris integra nonnunquam prædia à continente auelli, atq; in alium transferri locum. Exiſtimandum igitur nihil minus, quàm à lignis Hollandiam eſſe dictam, ac potius animaduerſione dignum, cur in Hollandia, non ſecus ac de agro Gabienſi meminit Plinius; videamus ad concitatiores ingreſſus, aut equitantium curſum, integra nonnunquam terræ iugera concuti, ac tremere; eſſe ſiquidem rationi magis conſonum, tremebundam hanc natura tellurem Hollandiæ nomen indidiſſe, quàm aliunde inuectitias arbores. Quod & mecum ſuſpicatur vir ſi quiſquam alius polyhiſtor, ac maximi iudicij Hadrianus Iunius libro animaduerſorum quinto, atq; locum hunc ex panegyrico Maximiniano, Auguſto dicto profert. Quanquam illa regio, diuinis illis tuis expeditionibus Cæſar, vindicata atq; purgata, quam obliquis meatibus Vahales interfluit, quamq; diuortio ſui Rhenus amplectitur penè, vt cum verbi

Sic reſtituit Iunius, quom vetus lectio callidis habeter.

periculo

periculo loquar, terra non eſt, ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non ſolùm quà manifeſtè paluſtris eſt, cedat ad nixum, & hauriat preſſa veſtigia, ſed etiam vbi paulò videtur firmior, pedum impulſu quatiatur, & ſentire ſe procul mota pondus teſtetur, ita vt res eſt ſubiacentibus innatat, & ſuſpenſa latè vacillat. Hæc Panegyriſta ille de Batauiæ ſolo dilucidè admodum dixit, & nos quotidiana experientia ſic eſſe comperimus: nec mirum. Siquidem quom aquæ lacuſtres graues admodum ſint, & terra paluſtris leuis, ac pumicis in morem ſpongioſa, neceſſum eſt, vt his vtriſq; inter ſe mixtis, æquilibrium quoddam conſurgat, vnde contingat, neq; omnino deprimi terram, neq; rurſus aquas planè obrui, ſed ex æqualiter inter ſe mixtis tremebundam reddi tellurem, ac pedum impulſu, vt ait panegyriſta ille, quati. Quod in rerum natura fieri poſſe, demonſtrat Seneca. Nam ſi aqua, grauior eſt, inquit,

*leuiorem rem, quàm ipſa eſt, feret, & tantò ſupra ſe extollet, quantò erit leuior. At ſi aquæ, & eius rei, quam contrà penſabis, par pondus erit, nec peſſum ibit, nec natabit, ſed æquabitur aquæ, & natabit quidem, ſed penè merſa ac nulla eminens parte. Quod quom ita ſit, non mirum eſt, aquas pro terræ, quam lambunt aut præterfluunt, qualitate, varijs ac diuerſis inſigniri facultatibus, præſertim quando videamus ipſas non rarò ſapore inter ſe differre.*

# IOANNIS ECHTHII DE SCORBVTO, vel Scorbutica paſsione, epitome.

*Scorbutus eſt morbus chronicus, ex natura humoris melancholici, cuius color in cute effloreſcit. Scorbutus eſt morbus ſplenis, aliquando obſtructi, aliquando intemperati, aliquando cum incipiente Scirrho, qui præpedit eius attractionem, ac conſuetam atrabilariæ redundantiæ ſequeſtrationem ex hepate venisq́ue, eoq́ue humore vniuerſum corpus vitiat, ſed peculiariter craſsiore fæculentia crura contaminat, atque euaporante acredine gingiuas inficit. Scorbutus eſt morbus chronicus, non ſimplex, ſed ex pluribus compoſitus, ex quibus aliqui morbi tantùm, aliqui morbi ſimul & cauſſæ rationem obtinent. Primò adeſt morbus in conformatione, vel obſtructione lienis, hinc præcordiorum anguſtia. Secundò adeſt*

morbus in numero, videlicet multitudo humoris melancholici, in uenis portæ, per quas lien materiam melancholicam ſolitus erat attrahere, & ſic perconſequens depurare ſanguinem: & etiam in venis, per quas ex liene in ventriculum melancholia tranſmittitur. Hic morbus naſcitur ex priore morbo veluti ex cauſſa, aut etiam contrà: quia potuit vtrumq; fieri, vel vt primò ſola craßitie peccans lienem obſtruxerit, deinde impedita eius viſceris attractione, ſui copiam in præcordijs ac meſeraicis auxerit, vel contrà, vt primò copia ſui in venis, ac præcipuè portæ, redundarit, deinde lienem obſtruxerit.

1. Anguſtia præcordiorum, ob retentum humorem melancholicum, in venis portæ. Eſt autem hoc Symptoma operationis reſpiratricis læſæ.

2. Expultrix deprauata, quippe cũ ſanguine fertur humor per corpus totum, qui à liene

attractus

| | |
|---|---|
| Ex hoc autem morbo ſequū-tur ſymp-toma-ta vi-deli-cet | attractus, partim ipſum nutrire, partim in ventriculum effuſus, per ipſum euacuari debebat. |
| | 3. Qualitas mutata, quæ naſcitur ex proximo Symptomate, videlicet color faciei ex pallido fuſcus, quì in reliquo etiam corpore effloreſcit, & rubedo gingiuarum pruriginoſa ac dolor. |
| | 4. Crurum debilitas, quod eſt Symptoma operationis læſæ, vel animalis, vel naturalis, vel vtriusq́. |

Tertiò adeſt intemperies inæqualis, quæ ſicuti ex humore melancholico diutius præcordia obſidente gignitur, ita reciprocatione quadam eum humorem aſsiduè gignit, id eſt, intemperies iſta inæqualis morbus eſt ſimilaris, ex præcedente morbo partim factus, partim fiens. Hi tres morbi ſunt in principio ſcorbuticæ paſsionis, quæ tùm ex inſcitia

ſcitia curantis, vel ægroti negligentia, ad augmentum vel ſtatum pervenire poteſt, & tunc ei etiam ſequentes morbi in augmento, vel in ſtatu ſuperueniunt. Quartò adeſt ſolutio continui, videlicet vlcus gingiuarum, quod naſcitur ex ſymptomate gingiuarum modò dicto, id eſt, in ſymptomatibus ſecundi morbi, videlicet ex rubedine pruriginoſa, ac dolore gingiuarum. Quintò, crurum magnitudò modo aucta, modò deminuta. Et hic etiam morbus eſt in conformatione, quem animalis operatio, ſcilicet motus crurum, ablata, vel tantùm læſa comitatur, nempe in neruis, tendonibus, ac muſculis tanta materia imbibita, vt vel facultati animali tranſitus intercludatur, vel membra illa ad motum inhabilia propter humorem, etiamſi facultas prædicta tranſeat, reddantur. Ego certè pro mea obſeruatione (dicerem, Scorbutum fieri non ſolum ex duritie, aut Scirrho, aut etiam lienis intemperie, aut fortè eti-

am hepatis exceſsiua ipſum viſcus debilitante, & per conſequens eius facultatem, ac operationem lædente: ſed etiam ex corrupto, vel etiam putrefacto ſanguine circa viſcera, tum hepatis, tum lienis, aut vicino loco contento: certè ſi ſanguis eſt putrefactus ac corruptus, & fortè ipſum corpus hepatis, & lienis, faciet haud dubiè ambulandi impotentiam, & diſpnoeam, imò etiam aliquoties ſyncopen, non minus quàm in vero ſcorbuto. Nam ſi grumus ſanguinis lipopſychiam, & colorem fœdum, & pulſum paruum, obſcurum, & frequentem adfert, teste Galeno 6. de locis affectis Cap. 3. quanto magis ſanguis corruptus in viſcere aliquo & eodem etiam fortè putrefacto. Quomodo verò Scorbutica paſsio ſuperuenit hominibus irregulariter & gulosè viuentibus, præſertim praua, & corrupta atq; etiam putrida victus ratione vtentibus, vt est videre in prima cauſſarum procatarcticarum, non mirũ ſi in

talibus

talibus hominibus corrumpatur, an etiam putreſiat ſanguis, quam corruptionem ſequitur præcordiorum anguſtia, & leui ex momento lipopſychia: nec tamen neceſſum eſt ſemper ſequi maculas in cruribus, relaxationem gingiuarum in ore. Vt ut ſit, ſiue rectè ſentiam ſiue ſecus, quæſtione tamen dignum inter medicos cenſeo, an ex praua & putrida victus ratione (vnde plerunq; hic morbus eiq; conſimilis quivis alius affectus originem trahit) poſſit corrumpi, atq; adeò etiam putrefieri ſanguis, vel læſis viſceribus, vel etiam illæſis. Item ſi concedatur talem ſanguinis putredinem eſſe, quod genus morbi conſtituat, apud veteres nomenclaturam aliquam habens. Item an talis putredo citra febrem ſubſiſtere poſſit. Ratio dubitandi eſt, quando hic morbus plærunq; conſpicitur ſine febre ſenſibili. Porrò putredinem etiam frigidam videmus fieri in locis cænoſis frigidis, vbi bufones, & ſimilia gene-

 rantur.

*rantur. Quod ſi quis inſtet, hoc tamen non fieri citra calorem, nos contrà negamus illum calorem exceſsiuum, atq; adeo febrilem eſſe. Nam de formali eius corruptione vix puto ſcientiam haberi poſſe, niſi quod in genere putridam, aut ſaltem corruptam atri humoris ſpeciem præ ſe ferat aliquam.*

## De varia & multiplici nomenclatura huiuſce paſsionis, & quid ſit apud veteres.

*SCorbutus dicitur à Scorbuck, quæ dictio (ſicuti mihi refertur) eſt vox Danica, ſed à Saxonibus etiam vſurpata. Gingipedium quibuſdam ficto nomine dicitur, à gingiuis, & pedibus corrupto ſanguine infectis, eòq; ſanguinis mundificatiua rectè ad curandi rationem exhiberi. Stomacace & Sceletyrbe veterum videtur eſſe Scorbutus: ſcripſerunt de Stomacace & Sceletryrbe Plinius lib. 25. Cap. 3. & Strabo libro 16. ſuæ Geographiæ: Græcorum tamen & Arabum regioni ignotus hic mor-*

bus fuiſſe videtur, quia Pliniana appellatione nusquam vtuntur, nemoq́ unus vni morbo ſigna, quæ ſcorbuto adſunt attribuit. Sceletyrbe autem, quæ deſingtur ab auctore definitionum medicarum, diuerſum omnino eſt malum ab affectibus crurum, qui in ſcorbuto viſuntur. Apud Auicennam Cap. 3. fen. 15. tracta. 2. Cap. 5. vbi de ſignis apoſtematum ſplenis diſſerit, eſt inuenire congeriem ſymptomatum, quæ in ſcorbuto viſuntur. Aegineta quoq́ libro tertio Cap. 40. eaſdem ſcirrhi ſplenis notas ponit in hæc verba: Hoc preſſis vitio os fœtet, gingiuæ exeduntur, vlcera in cruribus cicatricem non recipiunt. Alexander Trallianus ſimilia ferè de phlegmone ex atra bile prodidit lib. 3. Cap. 23. Icteritiam nigrã minimè credimus: quia nuſquam Icteritiæ nigræ ſcorbuto familiaria ſymptomata attribuuntur, & ictericorum nigrorum nemo nec in ore, nec in pedibus affligitur, poſſet tamen Scorbuto aliquando ſuperuenire.

# De cauſsis Scorbuti.

CAuſſæ procatarcticæ. Prima diæta groſſa & corrupta, vt in nauibus Hollandorum, & Phriſiorum: vſus aquarum corruptarum in aquarum dulcium penuria, præſertim in äere calido, quo citiſsime aquæ corrumpi poſſunt: Item caro villa, à coctura etiam ſubolida, lardum rancidum, caro venatica putida, piſces groſſæ ſubſtantiæ, panis biſcoctus aliquando ſubmucidus, allia, cereuiſia mali ſucci procreatiua, carnes, vel piſces vel quæcunq; alia fumo indurata, & ſale diu conſeruata, & id genus reliqua.

Secunda, aër ambiens calidus ſanguinis partes ſubtiliores reſoluens, reliquam ſanguinis maſſam craſsiorem relinquens.

Tertia, vigiliæ.

Hæc poſſunt generare humorẽ malãcholicum, cauſſam

Quarta

Quarta, labores.
Qninta, curæ.

Sexta, febres præcedentes; quia, vt inquit Galenus, ſunt nonnulli, qui per febriles morbos melancholicum humorem contraxerunt, l.3. de loc. aff. cap.3.

videlicet proigoumenam huius morbi, etiamſi praua uictus ratio non proceſſerit.

## Cauſſæ proigoumenæ & coniunctæ.

PRimus morbus aßignatus fuit obſtructio lienis: huius cauſſa proigoumena eſt vel antecedens, primò hepar copioſè generans humorem melancholicum: ſecundò humor melancholicus in meſeraicis, præcordijſq; redũdans. Cauſſa continens eſt idem humor melancholicus lieni iam infarctus, vel copia, vel craßitie ſua obſtructionem ipſi viſceri afferens. Secundus morbus

aſsignatus fuit multitudo humoris melancholici, huius cauſſa proigoumena, & continens eſt, primò Hepar generans humorem melancholicum: Secundò obſtructio lienis. Tertius morbus aſsignatus fuit intemperies inæqualis, quæ ſi fuerit ſine febre, cauſſam principem, & continentem habet frigidam & ſiccam: ſi verò cum febre, calidam, ſeu aduſtionis participem & ſiccam. Quartus morbus aſsignatus fuit gingiuarum vlcus, huius cauſſa proigoumena, & continens, eſt acrior ſubtiliorq́; materiæ peccantis portio, quæ vel à natura Criticante, vt ſic dicam, vel à calore ſurſum ſublata, loca tenera humidaq́; facilius arrodit. Quintus morbus aſsignatus fuit crurum mala diſpoſitio, huius cauſſa proigoumena & continens, eſt humor melancholicus craſſus, magnitudinem augens, & motum impediens, vnde crura maculoſa ita intumeſcunt, vt elephantiaſin Arabum quiſpiam eſſe opinetur: huiuſmodi au-

tem

*tem magnitudo aucta cauſſam habet intemperiem crurum ex humore præſente factam, & fientem inuicem. Item antecedentem habet cauſſam ex ſuperiorum intemperie, & humorum multitudine. Magnitudo verò crurum diminuta, cauſſam habet atrophiam: atrophia autem operationes ablatas ſequitur. Summa ſummarum cauſſa princeps (ſic enim malo reddere proigoumenam) atq; adeò ferè coniuncta ſcorbuticæ paſſionis, eſt humor melancholicus, id eſt multitudo fæculentæ bilis atræ, in hepate cum ſanguine procreatæ, aut putridus ſanguis ex praua, atq; putri victus ratione procreatus, ſicuti nos opinamur.*

## Signa Scorbuti remotiora, & communia aliorum morborum.

P*Rimum corporis totius grauitas. Secundum ſpontanea laſſitudo, quæ tamen hebetiores non ſentiunt niſi à con-*

ſueto exercitio. Tertium præcordiorum aliqualis anguſtia. Quartum crurum debilitas. Quintum gingiuarum pruriginoſa rubedo ac dolor. Sextum faciei color ex pallido in fuſcum vergens. Hæc vbi coniunctim inueniuntur Scorbutum adeſſe iudicare licet.

## Signa propinquiora, et certiora.

PRimum oris graueolentia. Secundum ginguarum laxus ſanguifluus tumor. Tertium dentes vacillantes. Quartum crurum maculæ plumbeæ, purpureæ, nigris violis obſcuriores. Quintum lentigines innumerabiles gryſij, ſiue pulli, aut ſolum circa os, vel ſola crura ſuperuenientia ſymptomata. Sextum ſignum eſt paſſione magis ingraueſcente, ambulandi impotentia. Septimum anhelitus difficultas, potiſſimum dum ſe mouent, aut erigunt, & ſi aliquandiu erectè ſedere conantur, quaſi deficiente ſpiritu ſemianimi deliquio afficiuntur. Octauum rurſus decum-

*cumbentes reſiciuntur, ac reſpirant liberius, imò decumbentes ſe ſanos aſſerunt: Sed quia fieri non poteſt, vt ſine omni motu decumbant, fit interdum vt delinquentes animo langueant. Nonum in his rariſſimè deficit appetitus, frequenter cibum appetunt Decimum obſeruatur aliquando motus aliquis aggrauationis, in pluribus quarto, quintoq́; die, in aliquibus tertio die, in paucioribus ſingulis diebus, ſine tamen omni febre, aliqui tamen febriunt. Vndecimum, præceſſerunt aliquando febres, quæ quaſi per criſin in ſcorbutum terminatæ fuerunt: vnde etiam talis ſcorbutus natus contagione ſerpit in totas familias, & tota monaſteria, deſinitq́; in lethalem dyſenteriam commutatus, aliquoties verò deſinit ſubito, ac mortali deliquio animi. Duodecimum quibuſdam aluus toto morbi decurſu eſt conſtricta, ac ad egerendum difficilis: Contrà nonnulli continuo ventris fluxui obnoxij ſunt. Decimumtertium,*

*inter-*

*interdum maculoſa illa crura ſic intumeſcunt, vt elephantiaſin Arabum ſuſpicari eſſe poßis: rurſus verò aliorum crura ſic attenuantur, vt nuda cutis decurpata oßibus affixa videatur. Nec mirum, quia etiam alijs morbis, contraria aliquando ſuperueniunt Symptomata, vt in pleuritide &c. Decimumquartum, maculæ aliorum in nigras, aut pullas ſquammas reſoluuntur, vti morphea, & Græcorum lepra aſſolet, aliorum verò leues, æquales, ſplendentes permanent cum quodam veſtigio ad impreßionem digiti. Decimumquintum, item morientibus quibuſdam deliteſcunt maculæ, quibuſdam à morte vberrimè effloreſcunt. Decimumſextum, conſpicitur etiam aliquando, licet perraro, varicoſa venarum plenitudo, ſic & ſub tota lingua minutißimæ etiam venæ varicibus ſimilimæ, & ſimiles in inferiori labro varices viſæ fuerunt.*

Iſthuc tamen ſæpiſſime vidiſſe contigit B. R.

## Indicationes curatiuæ.

*Primus*

*PRimus morbus, videlicet obſtructio, tollitur apertione, quæ per ſubtilíantia atq; abſtergentia perficitur. Secundus morbus, videlicet multitudo, tollitur partim intentione curatiua, videlicet euacuatione eius, quod iam factum eſt, partim præſeruatiua eius quod, fit: idq; bifariam. Primò prohibendo ne talis humor amplius generetur, quod fit per curationem intemperiei iecinoris, & per ablationem cauſſarum procatarcticarum. Secundò prohibendo ne retineatur, ſi quid fortè iterum genitum ſit, quod fit per meatuum reſerationem, & per ſplenis confortationem. Ita prohibitio retentionis duplicem præſtabit vſum, nempe præſeruatiuum in hoc ſecundo morbo, uidelicet multitudine, curatiuum in primo morbo, uidelicet obſtructione lienis. Tertius morbus, videlicet intemperies tollitur, partim intentione curatiua, videlicet correctione factæ intemperiei per contraria, partim intentione præ-*

*ſeruatiua*

*ſeruatiua ſimilis adhuc intemperiei: idq́; bifariam: primò per ablationem ſuæ cauſſæ, nimirum multitudinis humoris, quod ſit partim euacuando, partim aperiendo, partim diæta attenuante, & boni ſucci: Secundò per roborationem viſcerum. Ita ablatio humoris duplicem & ipſa vſum præſtabit, nempe curatiuam in ſecundo morbo, videlicet multitudine, & præſeruatiuam in tertio morbo. Sunt igitur quatuor intentiones, apertio, euacuatio, alteratio, confortatio. Euacuationi debetur primus locus, quæ partim vniuerſalis, partim particularis eſſe debet. Secundus locus apertioni, deinde repetitur aliquoties euacuatio· Tertio loco ſuccedit alteratio, quæ etiam corroborationem aliqua ex parte exequitur. Nam corroborationis quoq́; eſt debilitatem membrorum ex intemperie propulſare, priuatim tamen magis exequitur viſcerum indigentiam, nempe lienis, hepatis, & ſtomachi.*

*Ioannis*

# IOANNIS WIERI MEDICI OBSERuatio de Scorbuto.

SCorbutus eſt, quando propter ſplenis obſtructionem impeditur attractio humoris melancholici, qui reliquo ſanguini commixtus, vniuerſum corpus tabida corruptione inficit: tum puniceis lituris crura defœdans, ex craſsiorum ſui partium decubitu: tum portione tenuiore ſurſum elata, teneras gingiuas acri corroſione, & putida carnis excreſcentia vitians. Eiusmodi definitionum, deſcriptionumq́ libertatem medicis vſurpare licet, ad faciliorem rei intelligentiam: quom alioquin curioſius hæc in logicorum ſcholis fore diſcutienda non ignorem. Nomen verò fictum ex Danica, & maritimæ Germaniæ lingua. Scorbuc enim ijs ſonat ruptum ventrem, quaſi totus venter & hypochondria, vt ſit, patiantur: quomo-

Scorbutus.

Scorbuc.

Scormunt. quomodo & Scormunt noſtrates appellant, quando inficiuntur gingiuæ, quod ruptam buccam, vel os ſonat: item Scorbein. Scorbein, quando in cruribus morbi, ſymptomata vel ſigna apparent, quaſi dicas ruptas tibias: Hollandis à punticeis Blauſcuyt. maculis blauſcuyt nuncupatur.

Stomacace, ſceletyrbe. Stomacace & Sceletyrbe Plinij eſt, cuius meminit libro natural. Hiſto. 25. Cap. 3. ijs verbis. Nec beſtiarum ſolùm ad nocendum ſcelera ſunt, ſed interim aquarum quoq;, & locorum. In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesq́; in genibus diſſoluerentur. Stomacacen medici vocabant & Sceletyrben. Et malo reperta auxilio eſt herba, quæ vocatur Britannica, non neruis modò, & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoq; & ſerpentes. Folia habet oblonga, nigra, radicem nigram. Succus eius exprimitur, & ex

radice

radice Phriſij, qua caſtra erant mõſtrauere illam. Apud hos & finitimas regiones maritimas, potiſsimum ſeptentrionem ſpectantes, ſparſim illud malum hactenus ſæuijt: proximis verò annis ad ditiones confines, vbi antea inauditum ex praua victus ratione, ſiue contagione, proſerpere cepit, vt iam Germaniæ inferiori vniuerſæ propemodum innotuerit: Alioqui ampliſsimo totius Germaniæ ſuperioris regno adhuc incognitum, quemadmodum & Italiæ, Galliæ, ac Hiſpaniæ. Si fortè in aliquo Aſiæ vel Africæ loco lues hæc ſentiatur, is erit vel maritimus, vel alius, vbi rarus ſalubris aquæ vſus, vel vbi victus aut aër eius fomitem ſuppeditat: proinde & morbus hic ei tractui ſolummodò peculiaris, velut maris quoq; borealis accolis: nullo autem modo cunctis mundi partibus, vt reliquus morborum aceruus familiaris. Nabathæi ſiquidem in fœlici Arabia & eo aduentantes Romani illam perpeſsi

*fuiſſe videntur Auguſti Cæſaris æuo. Huius etenim imperio, quom in Arabiam exercitum Romanum traduxiſſet Aelius Gallus, eum in ipſa expeditione relinquere coactus eſt in albo vico maximo Nabathæorum emporio: vbi æſtatem & hyemem tranſigere oportuit, vt reficerentur infirmi. Quandoquidem oris, & crurum cæteriſq; eius loci vitijs tentabatur exercitus, quorum illa circa os, hæc circa crura reſolutionem quandam fuiſſe ob aquas, & fructus prouenientem ſcribit Strabo libro. 16. circa finem, qui eodem tempore vixit. Peculiare verò nomen eius peſtis apud Arabes non comperio: Cæterùm medici vel Græci, qui apud Romanos fuerunt, tum potiſſimùm medicinam faciebant, vel latini Græcæ linguæ periti, qui in illis bellis exercitus Romanos ſectati fuêre, ex ſymptomatibus, quæ maximè tum in ore, tum in tibijs apparuerunt nomina finxerunt Græca, vt morbus* στομακάκη *ab oris vitio;* σκελο-

τύρβη,

τύρβη," à tibiarum læſione infectioneq́ꝫ appellaretur. Voces enim has, nec qui Germanicum Cæſarem comitabantur medici, à Phryſijs accepere, qui tunc temporis medicis maximè doctis, & in linguarum peregrinarum vſu tritis caruiſſe videntur, vt apta morbis nomina Græca formare nequiuerint: ſi tamen fortè quos habuerint, ij fuere patrij, & eruditionis exiguæ: Ab Arabibus vel Nabathæis, eaſdem voces identidem non didicere medici Aelium Gallum ſequuti.

Porro quæ ſceletyrbe ab authore definitionum ſub Galeni deſcribitur nomine, nihil minus eſt, quàm Scorbutus noſter, quom eam paralyſis ſpeciem eſſe ſcribat, qua recti incedere nequeunt: ſed nunc in læuam, nunc in dextram corpus contorquent: interdum crus poſt ſe trahunt non ſecus, quàm accliues locos aſcendentes faciunt: Hæc eius verba, σκελετύρβη ἐστὶν εἶδος παραλύσεως, ὥστε περιπατεῖν ἐῶ εὐθείας μὴ δύνασθαι

σκελετύρβην non eſſe Scorbutum.

δώασι, καὶ ποτὲ μὲν κατ᾽ εὐθύ, ποτὲ δὲ εὐώνυμον εἰς τὰ δεξιὰ περιφέρειν τὸ δεξιὸν εἰς τὰ ἀριστερά, καὶ ποτὲ μὲν ἐπισύρειν τὸ σκέλος, ὥσπερ ἀναβαίνοντες τὶ μέγα. *Oſcedinem appellaſſe hunc morbum Marcellum, ab oris, vel gingiuarum eroſione arbitror. Gingipedium quibuſdam dicitur, nomine ficto à gingiuis, & pedibus læſis.*

*Quæſtio hoc loco occurrit, vtrum lues hæc à priſcis, nimirum ſacræ & veteris noſtræ Medicinæ ſcriptoribus Græcis, & Arabicis fuerit cognita, deſcriptaq́ue? Cuius affirmatiuam partem, quom alij ſuſtineant, ego in negatiuam propendeo. Nam Auicenna. can. 3. fen. 15. trac. 2. Cap. 5. quandam ſymptomatum quidem congeriem quæ in Scorbuto videntur, recenſet, vbi de ſignis apoſtematum ſplenis agit: Scorbutum tamen noſtrum non deſcribit, licet proximiùs eum attigiſſe videatur. Hippocrates item de magnis lienibus ſic quidem ſcribit lib. 2. Prædictionum,*

*num, vt quædam Scorbuti accidentia notet, ſed paucis ſignis, quæ in ſplenis affecti morbis apparent, Scorbutus noſter peculiaris morbus non deſcribitur: ait enim gingiuas vitiatas, oris graueolentiam his accidere, quibus ſplenes magni. Quicunq; verò habent ſplenes magnos, & neq; ſanguinis eruptiones ipſis contingunt, neq; oris graueolentia, horum tibiæ vlcera praua habent, & ex his cicatrices nigras. Ad trutinam nunc Hippocratis verba vocemus, expendamuſq;. Quibus magni lienes his gingiuas infici & putrere aſſerit, illud vnum ſymptoma eſt. Hinc ſubiungit. Quibus verò ſplenes magni, nec putreſcunt gingiuæ, neq; ſanguinis eruptio contingit, horum tibiæ vlcera ſortiuntur maligna, atq; cicatrices hinc atras. Hîc manifeſtè apparet Hippocratem in ea eſſe ſententia, quòd eodem tempore vtrumq; illud ſymptoma in ſplene magno non coniungatur: Sed tibiarum vlcera tum prim-*

*um ſubſequantur, quando humor ille melancholicus acris non feratur ſurſum ad gingiuas, vel ſanguinis eruptione minuatur, verùm ad tibias ſubſidat, fœdè exulceret, & cicatrices poſtea nigras relinquat. In Scorbuto autem ſimul gingiuæ putreſcunt, fœtentq́ꝫ, & tibiarum lituræ amplæ liueſcunt, quæ etiam quàm rariſſimè ad exulcerationem perueniunt. Hæ etiam præcedunt vlcera ea rara malicioſaq́ꝫ, ſi fortè tandem emergant: nullaq́ꝫ harum macularum magnarum, in hoc morbo ſemper ferè apparentium, apud Hippocratem mentio, fit, ſed ſolarum cicatricum nigrarũ poſt vlcera relictarum, quæ communes quoqꝫ ſunt cunctis exulcerationibus ab humore melancholico natis. Enimuerò difficulter admodum ſanantur: quare etiam in ſcirrho ſplenis cicatricem non admittere affirmat Paulus Aegineta lib. 3. Cap. 49. Ad Celſi ſententiam, qui latina reddidit ea Hippocratis verba. l. 2. Cap. 7. idem dictum*

*volo.*

*volo. Eadem ratione ad Celij, & reliquorum eiuſdem ſententiæ veterum authoritates reſponſum ſit. Scorbutum adhæc alium eſſe ab icteritia nigra, & tertia voluuli ſpecie, quam Hæmatiten vocat Hippocrates, & ego longo medicinæ vſu obſeruaui, & doctè in ſuo inſigni libello de magnis Hippocratis lienibus, oſtendit excellentiſſimus medicus Balduinus Ronſſeus, mihi neceſſitudine haud vulgari iunctus.*

*Ex recentioribus ſcriptoribus Scorbutum ſic ſatis deſcribit Olaus Magnus natione Suecus, in ſua hiſtoria de gentibus Septentrionalibus lib. 15. Cap. 51. etſi multis in locis eum figmentorum alioqui minimè puduerit; hæc ipſius verba: Eſt & morbus caſtrenſis, qui vexat obſeſſos, & incluſos, talis ſcilicet, vt membra carnoſa ſtupiditate quadam denſata, & ſubcutaneo tabo quaſi cera liqueſcens, digitorum impreſſioni cedant, denteſq́ue veluti caſuros ſtupefacit, colores cutium candidos*

reddit ceruleos, torporemq́; inducit cum medicinarum capiendarum nauſea, vocaturq́; vulgari gentis lingua Scorbuck. Græcè cachexia, forſitan à ſubcutaneæ mollicie putreſcente, quæ videtur eſu ſalſorum ciborum, nec digeſtorum naſci, & frigida murorum exhalatione foueri, ſed vim tantam non habebit, vbi muri interius tabulis quorumcunq; lignorum ſunt cooperti. Inſuper ſi diutius graſſetur iſte morbus, abſinthiaco potu continuato illum arcere: Sic uti & calculi radices, per decoctionem veteris cereuiſiæ cum butyro epotæ tollere ſolent. Lib. item 9. Cap. 38. Viribus, ait, primis annis demum (milite ſtragibus continuis diminuto) artibus, dolis & inſidijs obſidentium ſurripiunt commeatum, præſertim pecudes, quas ſecum abductas, in herboſis domorum tectis paſcendas imponunt, ne defectu carnium recentiorum, morbum quibuſuis ægritudinibus triſtiorem, patria lingua Scorbuck nuncupatum,

*cupatam, hoc eſt ſaucium Stomachum, diris cruciatibus et diuturno dolore tabefactum. Frigidi enim & indigeſti cibi auidius ſumpti morbum huiuſmodi cauſare videntur, qualem medici cachexiam vniuerſalem appellant. Huius luis quoq; obiter meminit Albertus Grantz in ſua Saxonia. Item Euricius Cordus, in ſuo Botanologico.*

## Cauſſæ.

*Cauſſa proxima erit humor craſſus, crudus, frigidus in vaſis ſanguinis contentus, ſiue is ſit melancholicus, ſiue cum pituita mixtus. Cauſſæ remotæ, ſex res non naturales, aër corruptus, victus prauus, putriſq; frequens in regionibus ſeptentrionalibus, maximè earum nauibus marinis, velut caro ſuilla à coctione nonnunquam ſubolida, lardum fumo infarctum, exiccatumq;, ſubinde rancidum, quandoq; ab initio impurum, grauiſq; infectionis indicijs imbutum, plerunq; crudum etiam vo-*

ratum: Item carnes reliquæ, & piſces ſaliti prius, deinde atro multoq́ꝫ fumo transfuſi, & indurati, vel multo ſale conſeruati diu, ſimiliter qui craſſæ ſubſtantiæ, & exucci ſunt. Caro venatica, & putida, volucres aquaticæ, & quæcunq́ꝫ aceto condita longo tempore fuêre, braßica, allia, panis vetus biſcoctus, nonunnquam ſubmucidus: legumina, cereuiſia craſſa, & feculenta, vſus aquarum vitioſarum in dulcium penuria, vnde ſæui bignuntur morbi, teſtibus Hippocrate, & Plinio. Item ieiunia, cum exiguo mali ſucci cibo: ad hæc vigiliæ, labores intempeſtiui, immodiciq́ꝫ, affectus animi, cogitationes graues aßiduæ, præcedentes quoq́ꝫ febres, & vacuationum debitarum intermißio, ſiue ſuppreßio, vti hæmorrhoidum, menſium, & ſimilium.

De aere aqua, & locis 31. Pl. Lib. 25. Cap. 3.

## Signa.

Signa in morbi principio. Corporis totius grauitas, ſpontanea laßitudo, qualiſcunq́ꝫ præcordiorum anguſtia, crurum

*crurum imbecillitas, leuiſq́ rigor, cum dolore exiguo, gingiuarum prurigino-ſa rubedo à naturali mutata ac dolor: faciei colòr ex pallido in fuſcum vergens. In incremento gingiuarum laxus ſanguifluuſq́ tumor, & putredo cum oris fœtore, quarum aliquando etiam caro ad dentium radices conſumitur, vtrobiq́ dentes vacillant: crurum adhæc lituræ conſperſi leuiter ſanguinis faciem oſtendentes quandoq́, & quales morſu pulices imprimere ſolent, maiores tamen, quæ etiam in fœmoribus, & toto corpore ſparſim aliquando apparent, ex minus craſſo ſanguine procreatæ. Plerunq́ etiam maculæ amplæ, plumbeæ, liuidæ, purpureæ, nigris violis obſcuriores, ex fece corrupti ſanguinis eô decumbente genitæ: quare raro admodum in alijs locis, quam cruribus emergunt. Quandocunq́ verò hæ videntur, certiſsimè Scorbutum adeſſe denunciant, etiamſi alia ſigna adhuc deliteſcant. In faucibus item aliquando is*

do is liuor apparet, in iis, quibus vniuerſum corpus hac putri lagine ita permaduit, vt ferè mortis periculum haud longè abſit. Ingraueſcente morbo, neruorum in cruribus rigor, ambulandi impotentia, neruorum item contractio, anhelitus difficultas, maximè vbi æger mouetur, aut erigitur, aut ſedet: tum quoq; ferè vel omninò linquitur quandoq; animo, decumbens autem reſpirat liberius, reficiturq;. Quidam appetunt cibum frequenter, quibuſdam edendi auiditas languet. Motus aggrauatiuus in multis quarto, quintoq; die, in plæriſq; tertio: in paucis ſingulis diebus, ſine manifeſta tamen febre obſeruatur. Aliquos interim quandoq; ſimul febrire non eſt dubium. Nonnulli enim hac lue correpti, febre lenta erratica corripiuntur: Aliquando etiam febres præceſſerunt ardentes, malignæ, duplices tertianæ: & vbi in ipſo Scorbuto nondum poſt eas febres perfectè curato, febris quartana valdè maligna

*maligna ſubſequeretur, vidi: & in ipſa quartanæ declinatione rurſus apparuit Scorbutus, ſano tandem conſilio victus. Sic eæ febres non adeò per criſin terminari ſæpenumero videntur, quàm nouos ex labefactis viſceribus, atrophia, & multa ſanguinis corruptione putrilagineq́; producere morbos, prioribus non rarò peiores. Quibuſdam aluus aſtrictior, alijs fluxilior. Liuor ille crurum quandoq́; integras tibias inferiores, circumquaq́; vſq; ad pedes, cum tumore ita obſidet, vt elephantiaſis notam eſſe quis iudicaret; rurſus aliorum crura ſic attenuantur, vt oſſa videatur cutis tegere ſola, plerunq; cum calore multo, nonnunquam absq; eo. Quorundam etiam maculæ in ſquammulas reſoluuntur, quemadmodum in Eriſypelate fieri etiam aſſolet: aliorum leues, æquales, nonnunq̃ ſplendicantes permanent cum leui veſtigio ad digiti impreſſionem. Plerunq; etiam, licet rarò admodum, apparet vari*

*coſa*

coſa venarum plenitudo, & ſub lingua tota venæ minutiſsimæ, varicibus perquam ſimiles: Identidem & inferiori labro conſpiciuntur: Pulſus hic, vt in quartana febre, varius, exilis, durus, frequens, debilis pro temporis, et morbi varietate. Vrina rubicunda, turbida, craſſa, fœculenta ad modum vini rubri recentis, quemadmodum & feruente quartana, potiſsimum à ſudore ſolet apparere & grauis odoris.

## Prognoſtica.

Scorbutus in ijſdem familijs, aliquando frequens, partim quòd eodem victu ſint vſi ægroti, quare contagione putatur ſerpere: partim quod contagio lædat, vbi in oris, & gingiuarum vitio, ex ijsdem poculis bibunt, vel aſsidua contrectatione vitiatos Spiritus admittunt. Quandoq; eſt à parentibus hæreditarius.

Febres aliquando in hunc morbum terminantur. Hunc etiam plærumq; tabes

*tabes comitatur, ſubinde hydrops, quandoq; & dyſenteria, atrophia verò propemodum ſemper.*

*Vlcera in tibijs, ſi nonnunquam exoriantur, quod rarò tamen fit, cicatricem difficulter admittunt, quippe fœtida admodum, maligna, & aliquando gangrænoſa, ita plæruną; corrupta, vt immiſſum ferrum non ſentiant.*

*Habent nonnulli in hoc morbo illæſas gingiuas, ſed defœdata crura, qui vel ex ore, vel ex naribus ſanguinem reijciunt.*

*Morientibus ex hoc malo plerisq; delitescunt maculæ, alijs à morte efflorescunt vberrimè.*

## Victus.

*Victus ſit concoctu facilis, & boni ſucci moderatè calefaciens, tenuis, incidens etiam ſubindè, atq; attenuans, abſtergensq;: cui leuiter aſtringentia accedant quandoq;. Conuenit Polenta noſtra hordeacea, imò & auenacea, vel*

*hordeum*

*hordeum excorticatum, cocta in iuſculo aut aqua, deindè cum vino per ſetaceum redacta. Baſſulæ Corinthiacæ etiam coquantur, in iure aliquo idoneo, vel etiam aqua & vino, atq; ſimiliter per ſetaceum tranſmittantur: Poteſt & oui vitellum ſubindè commiſceri. Eædem quoq; paſſulæ manduntur, ſi nimia ſiti, aut oris ſiccitate laboret æger. Proſunt & amigdalæ cum colatura decoctorum furfurum triticeorum apparatæ, quibus amararum pars aliqua fuerit mixta. Aromata in cibo, pro flaccidi corporis, & morbi exigentia, quandoq; miſcenda, vt cinamomum, macis, nux myriſtica, & zinziber. Omphacij vſus hic non inutilis. Condimenti loco aſſumantur & interdum Cappares, cum vnis paßis Corinthiacis ex oxyſaccharo, vel oxymelite longo: atterantur verò dentibus prius minutißimè, quàm deglutiantur. Potus ſit cereuiſia bona, optimè defecata, maximè abſinthites, uti & vinum eadem herba cõfectum:*

aut

*aut ſi quis chamædrite afficiatur, erit & hoc vtile multúm. Aqua etiam lactis haud temerè quis vtetur. Lac item caprinum, vel in eius defectu vaccinum recens, in quo decocta fuerint ſiſymbrium, cardamine, vel naſturtium hortenſe cum folijs latioribus, hyemale vocant, vel cochlearia, non ſine ſucceſſu plerią; vſurpant, potiſsimùm qui lacti aſſueuere, eoą; afficiuntur, vel qui id innoxiè patiuntur. In cubiculo verſentur ſicco, calido, mundo, & lucido: triſtiore s animi affectus excludant.*

## Curatio.

*Curatio à ſanguinis miſsione inchoanda erit in initio, ſi eius fuerit plenitudo, vires, ætas, & reliqua conſenſerint. Copioſam autem detractionem hic diſſuaſerim. Per hæmorrhoides ſi legitimè vacuentur, commodum erit. Si peculiari modo affectus comperiatur ſplen; lienaris, vel media in ſiniſtro brachio aperiatur: Sin verò hepar ma-*

*gis, vel æquè grauatum, corpuſq́ ſanguine redundare deprehendatur, tùm dextri brachij tundatur iecororia, vel baſilica, aut media. Quom autem rarò aduocetur medicus, niſi altas malum egerit radices, inualueritq́, & lituris in tibijs ſe morbus prodiderit, à ſectione venæ abſtinendum conſuluerim.*

*Hinc leniter corpus euacuetur cùm folijs ſenæ Alexandrinæ, quam vocant expurgatis ad vnc. ß. vel ʒ iij. vel minus, ſi epithymi tantundē adiunxeris, cum paucis paſſulis Corinthiacis, ſemine fœniculi, & zinziberis an. ʒ. ß. quæ ſimul veſpertina hora in ſeri lactis ſufficiente quantitate leniter efferueant, & macerentur noctu: deinde manè poſt feruorem vnicum forti expreſſione coletur ſerum quod propinetur. Poteſt & vnc. ß. ſequentis pulueris eodē modo infundi, colaturaq́ expreſſa exhiberi. Rec. foliorum ſenæ alexandrinæ expurga. vnc. 1. epithymi, tartari albi an. vnc. ß. cinamomi, garyophyllorum, galangæ,*

galangæ, ſeminis aniſi, an. ℈ 1. diagridij ℨ. j ß. fiat puluis. Conferunt ac pilulæ de fumaria, ac diaſenæ: Pilulas etiam ex lapide lazuli, & armeno, etſi quidam exhibeant, mihi tamen diſplicent: confectionem hamech qui offerre quoq; volent, quantitatis vt ſingularem habeant rationem neceſſe eſt, quom vehementes expurgationes innoxiè hic morbus non ferat, vbi tam facilè cor afficitur, læditurq;. Purgato ſuauiter corpore, ſingulis diebus bis, hora nimirum matutiua, qua etiam in plerisq; ſudor expectatur, & quarta pomeridiana aſſumentur vnc. iiij. ſucci expreſſi ex herbis ſequentibus, admiſcebiturq; Sacchari puri quantum voles, & canellæ parum. Rec. cochleariæ, ſiſymbrij, cardamines, naſturtij hyemalis dicti an. partes æquales, becabungæ partem mediam, quantitate obſeruata vnius prædictæ herbæ: hæ virides in mortario lapideo cum piſtillo ligneo contundentur, exprimenturq;. Cæterùm eæ po-

*potiſsimum in hoc morbo extirpando ſingularem ſunt ſortitæ ex ratione prærogatiuam, quom primæ tres incidant, extenuent, & per vrinas expurgent, quarta aliarum vires contemperet. Propterea etiam pro corporis, morbi, & caloris ratione augeri, vel minui poteſt. Contuſæ item illæ in lacte caprino recenti, vel in eius penuria, vaccino decoquuntur: & à forti expreſsione ſimili modo potus propinatur. Recentem eum quotidie apparari conſultius eſt. Felicem quoq; ſucceſſum expertus ſum, ſi quando in lactis ſero, illæ herbæ decoquerentur. Succorum tamen exhibitio præſtat: at ex docti, exercitatiq; medici arbitrio hæc mutari poſſunt, vbi & cum vino rubello coquerentur, non temerè memini. Liquoris verò non magna ſuperfundenda quantitas, quod ſucculentæ ſint herbæ: quare hæ ſolum eius admixtione contegentur ad coctionem, aliàs cum ijs liquoribus etiam per cribrum ſetaceum valida expreſsione*

*trayci*

*traijci ſolent contuſæ crudæ. Abſinthium vulgare admixtum confert plurimùm, vtiliterq́ adiunxi ſæpenumerò fumariam, & chamædryn. Nummularia quandoq́ ob laxa viſcera, & diſſolutas compages miſcetur. Si alijs deinde multa aliarum materiarum farrago placuerit, quemadmodum myrobalanorum, maximè indorum, corticum radicum capparis, fraxini, cuſcutæ, aſari, thymi, epithymi, adianthi, matricariæ, chelidoniæ, betonicæ, hyſſopi, agrimoniæ, ſcabioſæ, teucrij, phyllitidis, ceterah, :amaricis, acetoſæ, radicum valerianæ, biſtortæ, enulæ, polypolij, lapathi acuti, fœniculi, petroſelini, pimpinellæ, cichorij, bòraginis, bugloſſæ rhapontici, ariſtolochiæ rotundæ, glycyrrhizæ, paſſularum, ſenæ Alexandrinæ, florum geniſtæ, ſambuci, ſeminum aniſi, fœniculi, viticis, ſeminum frigidorum, & id genus reliquorum, per me licet, ex paucarum tamen plantarum legitimo vſu curationem conſequu*

*tus ſum non rarò felicem. Hoc item remedio infinitos eſſe curatos intelligo. Rec. comæ abſinthÿ vulgaris ſicci, granorum iuniperi contuſorum an. M. I. lactis caprini ℔ iiÿ. coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, exprimendo colentur, deinde admiſce croci in puluerem redacti ℥ I. denuo ebulliant feruore vno aut altero, ſecundo colentur. Decocti huius datur hauſtus tepidus ter in die, hora matutina, ac tertia pomeridiana, & quando cubitum itur. Mulierem noui in Scorbuti curatione celebrem, quæ corpore vacuato, hanc propinabat potionem. Rec. Becabungæ, ſiſymbrÿ, cardamines an. M. iÿ. vel iiÿ. contuſis herbis admiſce ſeminis erucæ, radicis ireos hortenſis noſtri vulgaris recentis an. vnc. ß. zinziberis ʒ ÿ. piperis longi ℥ I. Simul per colum traÿciantur cum vini rubei ℔ ÿ. Ex hoc potu commoto ſingulis diebus hora matutina calidè offerebat, deinde ægro diligenter contecto eliciebat ſudorem,*

*nouem*

*nouem in ea curationis ratione impendens dies. In comitatu Marcenſi, becabungam, ſiſymbrium, cardaminē, & aloen contuſa, & cum lacte colata propinant nobiles quædam matronæ. Tenello infanti cum ſucceſſu aliquoties apozema hoc exhibuit Comitiſſa quædam. Rec. Rhabarbari, centaurij minoris, rhapontici vulgo dicti an. ℥. ß. Seminis aniſi, liquiriciæ an. ℥ ij. in puluerem redacta traijciantur cum expreſſo liquore. Manipuli florum damaſcenorum, quos vocant, in aqua decoctorumi hinc cum Sacchari ſ. q. fiat Syrupus longus, vnde cochlear manè & veſpere bibit.*

*Ingratam & ferè abominabilem potionem in Phryſia Orientali velut certiſsimam in ſcorbuti curatione habitam, hic ſubiungere volui, vt excrementis quoq; ſuam ineſſe vim naturalem quilibet videat, quæ tamen in vſum non admittimus, quòd alia magis grata, neq; vſq; adeo abominabilia cer-*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0155-0

tiori ratione vſurpari queant, iucundiorq́ curationis modus oſeruetur. Rec. vini rhenenſis menſuram ſex quartarum, ſingulæ quartæ pendent ℔ iiij. medicinales, radicum raphani maioris boni, & recentis in mortario lapideo diligenter contuſi vnc. iij. quæ cũ parte vini dicti in ollula ſeorſum mixta macerentur per horam integram: liquor fortiter expreſſus per linum, cum ſex vini dicti quartis commiſceatur: deinde in eiusdem vini portionem aliam immittatur ſeparatim ſtercoris taurini, & anſerini par quantitas trium magnarum nucum, itidemq́; per horam relinquatur, poſt validam inde expreſſionem, vino primo affundatur, hinc Rec. nucum myriſticarum, cariophyllorum, an. vnc. ij. contuſæ ſeorſum, linoq́; illigatæ in dicto vino ſuſpendantur, atq́; eo modo horis viginti quatuor potus conſiſtat. Inde quotieſcunq́; ſitit æger largè bibit: nec aliam vſurpat potionem donec integram conſequutus fuerit

*fuerit ſanitatem. Potus autem hîc apparari, ſecundò poterit, ſi requirat neceſsitas. Interea cauentur ſalita valdè, ſecalinusq; panis. Quom Phryſia taurorum & anſerum ſit feraciſsima, ex paratu facilibus ibi concinnantur huiuſmodi medicamenta. Tantam autem vim calorificam ſtercori anſerino ineſſe, vt in quæ inciderit gramina, vrat: & hinc cum liquore conuenienti transfuſum incidere, menſes, ſecundinam, & vrinas potenter mouere conſtat: nec dubium eſt taurinum ſtercus identidem hac nonnihil facere. Vacuationes priores ſemel atq; iterum tota curatione reiterari queunt. Inde diebus alijs offeratur matutina hora cochleariæ conſerua, vel etiam conſerua chamædrytis ſeorſum, vel mixtæ, quibus accedant radices bugloſſæ, vel borraginis conditæ, velut & enulæ. Porrò notandum omnes ferè plantas acres, quibus inciditur attenuaturq; materia morbifica, ad huius mali profligatio-*

 nem

*nem iuuare: ne quis ſibi perſuadeat, à tota ſubſtantia, vel forma occulta ſolùm herbas tantoperè prædicatas nobisq́; hîc familiares, vt efficaciſsimas puta ſiſymbrium, cochleariam, & beccabungam, iſtum profligare morbum, cuiuſmodi ſunt, præter enumerata paulo antè, draco, Scordium, ſemperuiuum minus, herbæ omnes ſplenetica, radices aperitiuæ, ſemina calida, baccæ lauri, iuniperi, atq; id genus ſubſtantiæ reliquæ. Hypochondria illinantur, ſiniſtrum hac vel ſimili mixtione. Rec. olei de capparibus vnc 1. vnguenti de brionia contra ſplenem vnc. ß. miſce. Dextrum oleo abſinthite, quibus ſi poſtulet neceſsitas, primarum noſtrarum herbarum ſuccus incoquatur. Gingiuæ laxæ & putridæ interim colluantur cum decocto foliorum & corticum oxyacanthæ vulgaris, cochleariæ, ſiſymbrij, cardamines, naſturtij hyemalis, & roſarum rubearum immaturarum, in aqua ferrata præparato, in cuius colatura*

tur expreſſa aluminis pauxillum fuerit diſſolutum. Saporis & abſterſionis ratione, admiſceatur mel crudum, vel roſaceum: ſiue vt conſeruentur confirmenturq́; magis gingiuæ, imò & feruor reſtinguatur diamoron. Valent huc quoq́; oleaſtri folia cum ſtillatitio plantaginis ſucco expreſſa: item pruni ſilueſtris cortices. Collutio quoq; alia hoc conficietur modo. Rec. aquæ ℔ j. Salis, aluminis an. ʒ ij. bulliant ſimul. Item Rec. malicorij, ſumach, balauſtiorũ an. vnc. ß. paſſularum vnc j. cũ aquæ fluuiatilis ℔ iiij. ad medietatis abſumptionem coquantur, traiectoq́; per colum liquori admiſce mellis roſacei ℥ ij. aluminis ʒ ij. Confricantur & gingiuæ ſanguinolentæ, & flaccidæ, ſale vſto, cui puluis balauſtiorum fuerit mixtus: vel cineribus ſarmentorum, cum teſtis oſtreorum, aut mytulorum vſtis: Interim illa ſanguinis ſanies quoq; exugitur, expuiturq́;. Inde etiam os colluitur decocto radicum biſtortæ, quæ virtute Bri-

tannicæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0159-6

tannicæ ſimili pollet: hinc & ſuccus ex-
primitur, vt etiam ex dicto noſtro na-
ſturtio, et cùm diamori parte dupla miſ
cetur, quo gingiuæ illinuntur. Vel. Rec.
ſucci biſtortæ, mellis roſacei an. vnc. iij.
ad ſucci conſumptionem coquantur: inde
aluminis vſti ℥ j. admiſce. hoc linimen-
to vtere: quemadmodum & hac con-
fectione. Rec. biſtortæ vnc. ß. ſalis ℈ j. cū
diamoro ad conditi conſiſtentiam miſ-
ceatur: Sic & alumine & pyrethro
cum melle crudo mixtis, quibus ex ſa-
liuæ, & olibani puluiſculo parum indi
poteſt. Cuius ſupra memini, muliercu-
la collutionem parabat ex hyſſopo, am-
broſiana, betonica, & radicibus enulæ
aquæ incoctis, in colaturæ expreſſæ ℔ ij.
diſſoluebat aluminis vnc. ß. & ſimul cū
melle ſinebat efferueſcere, deſpumabat-
q́. Phryſij aliam conficiunt ex aceti cere
uiſiarij ℔ ij. boli armeni vnc. ß aluminis
℥ ij. mellis vnc. iij. ſimul bulliunt. Saxo-
nes plerią́ ſabinam adiungunt. Si
gingiuarum putredinoſus tumor ni-
mis

*mis luxuriet, forſicula nonnihil auferatior, & vnguento ægyptiaco, vel alumine vſto cum roſaceo melle mixto conſumatur, aut etiam vitrioli oleo cöerceatur. Eſt & hæc aqua in earum putredine eximia, quomodo etiam in malignis vlceribus, ſi ſpongiola eo liquore imbuta confricentur gingiuæ. Rec. arſenici ſublimati. ℥ ij. aluminis vſti ij ß. in puluerem contuſa ſimul bulliant in aquæ plantaginis ℔ 1. ad horam in vaſe duplici. Lituræ in cruribus fouentur decocto baccarum iuniperi leuiter contuſarum, ſiſymbrij, cardamines vtriuſq́; naſturtij hyemalis, cochleariæ, quibus ſi voles addes flores camomillæ, arthemiſiam, meliſſam, abſinthium, roſmarinum, maioranam, thymum, hyſſopum, & ſimiles herbas, quæ aquæ incoquantur. Si & ſpongias ex eo calido expreſſeris, inferioribusq́; tibiarum partibus vtrinq; applicueris, maculas ſub cute obſcuras, & adhuc deliteſcentes manifeſtè elicies, vt effloreſcant, &*

*Scorbuti*

Scorbuti ſigna luceant. Linimento
hoc inungentur quoq;. Rec. butyri maia-
lis vnc.ij. ß.baccarum iuniperi contuſa-
rum ℥ vj. vini puri vnc.ij.coque in ficti-
li ad vini conſumptionem, expreſſione
vehementi colato: vngantur crura ma-
nè & veſperi, vel fiat illinitio, butyro-
ſitate collecta ex lacte, in quo decocta
fuerint ſiſymbrium,cardamine,naſtur-
tium hyemale, beccabunga, abſinthi-
um, & baccæ iuniperi contuſæ. Appli-
cantur & parum ea pinguedine imbu-
ti. Habenda etiam ratio caloris, vt in-
ſigniter calefacientes plantæ tum mi-
nuantur, becabunga augeatur, & in
lacte ebutyrato apparetur decoctio. Coa-
gulum lactis ebutyrati per ſe. quoq; ap-
ponitur, vel lac ebutyratum recenter
concretum. In tumoribus durioribus
admouetur cataplaſma ex lacte, cui con
ſolida maior fuerit incocta, abſinthi-
um, ſiue etiam chelidonium maius, &
minus, radices bryoniæ, medulla pa-
nis, farina fabarum, vel hordeacea,
quoq;

quoq; vel lupinorum pro affectæ partis conſtitutione, aut calore. Nerui, ligamenta, tendonesq́;, ſi huius materiæ grauis copiam imbiberint, rigidioraq́; & ad motum inepta fuerint reddita, poſt fotum vel etiam abſq́; eo inungantur adipe anſerino vel anatino, vel taxi pinguedine aut ſimili. Si tibiæ exulcerentur, pro hulceris conditione mutanda, quæ adhiberi debent Pro abſterſione autem, & mundificattone paretur linimentum ex cochleariæ, apij, & abſinthij ſucco, ac mellis quantitate debita coctis ad conſiſtentiam: cui ſi putredinis magnitudo poſtulauerit, ſiue pulueris ariſtolochiæ rotundæ, vel aluminis vſti, vel præcipitati momentum admiſceatur. Conferet quoq́; emplaſtrum diacalcites, ſiue diapalma, quod nonnihil etiam cum oleo roſaceo diſſolui poteſt: item ad cicatricem citius inducendam emplaſtrum de minio, vel vnguentum de tutia, vel conſine, poſtea applicetur.

# Appendix.

*Quom inter morbi huius cauſſas non minima exiſtat aquæ vitium, quæ hinc corpori humano arceſſantur incommoda, ad pleniorem noſtri inſtituti explicationem, hîc ex Hippocrate ſubiungere volui, lib. de Aëre, aquis & locis, vbi ita ſcribit: Hyeme verò glaciatas, frigidas, ac turbatas præ niue, & glacie, vt pituitoſiſſimæ, & mucoſiſſimæ exiſtant. Bibentibus autem ſplenes ſunt magni, ac pleni, & ventres duri, tenues & calidi, humeri verò, ac clauiculæ, & facies attenuata. In ſplenem enim carnes colliquantur, quapropter graciles exiſtunt. Edaces autem eſſe tales, ac ſiticuloſos par eſt: ventresq́; tum ſupernos, tum infernos calidiſſimos habere, vt etiam medicamentis fortioribus opus habeant, atq; hic morbus ipſis & æſtate, & hyeme familiaris eſt. Ad hæc etiam hydropes plurimæ, ac lethaliſſimæ fiunt. Aeſtate*

*enim dyſenteriæ multæ, ac alui proflu-
nia incidunt, & febres quartanæ diu-
turnæ. Hi autem morbi prolongati tales
naturas ad hydropas deducunt, ac oc-
cidunt. Et hi quidem morbi æſtate ipſis
fiunt: Hyeme verò iunioribus quidem
peripneumoniæ, & inſaniæ morbi: Se-
nioribus verò ardentes febres, propter
ventris duriciem: Mulieribus autem
tumores oboriuntur, & pituita alba,
& vix in ventre concipiunt, ac diffi-
culter pariunt: & fœtus magni ac
tumidi, deinde ex alimentis tabeſcen-
tes, ac deprauati fiunt. Expurgatio
commoda poſt partum mulieribus non
contingit: Pueris verò herniæ acci-
dunt, & viris varices, & vlcera in
tibijs. Quare fieri non poteſt, vt tales
naturæ ſint longæuæ, ſed ante tempo-
ris aduentum ſeneſcunt. Præterea fœ-
minæ ſe in vtero habere putant, & v-
bi partus tempus adeſt, ventris moles
illa ac plenitudo euaneſcit: hoc autem
contingit ex aqua, quom vtero ex aqua*

cepta laborant. Atque has quidem aquas ad omnem rem improbas eſſe ſentio: Intelligit autem de paluſtribus, ſtabilibus, ac lacuſtribus, nam earum & paulo antè meminerat. Adhæc quòd in lacte plantas coquant, expreſſumque liquorem felici ſucceſſu hauriant ægroti, id ſeri magis ratione quam totius lactis euenire ſentio, dum in colatura butyroſitas, vel lactis coagulum in cribro ſetaceo, vel panno lineo, per quem tranſmittitur liquor, adhæreſcit, permanetque, & ſi quippiam ſimul transfluit, reliqui ſucci acrimoniam contemperat, ob qualitatem ſuam calidam & pinguem. Serum autem, ſanguinis ſero, id eſt, lotio facultatibus reſpondens, & propterea acre calidum tenuiumque partium, abſtergit, aperit. Vrinas mouet, atque vel huius luis profligationem cum primis vtile ex priſcorum etiam teſtimonio, ſiquidem Aëtius Amidenus ex Galeno libro 2. Cap. 94. ſic ſcribit: Efficaciori ſero vtitur aliquis ad

corpora

corpora & morbos, quæ validioribus præſidijs indiguerint, præſertim ad diuturna exanthemata, liuenteſq; varos, ad omneſq; humorum deprauationes in cutim tendentes, vt lepram, & conſimilia, ad antiqua ferinaq; vlcera, ad capitis achores, & huiuſmodi: item ad oculos aſsiduò fluentes, ad palpebrarum ſcabiem, ad faciei maculas, imò & ad diuturnas periodos febrium, & ad hos, qui ab aduerſa valetudine in hydropem pergunt. Prætulit Meſues ſerum ex nigrarum caprarum lacte elicitum, deinde ex ouillo ſic inquiens: Aqua lactis macerationis materia eſt, & per ſe quidem innocuum medicamentum; præfertur, quæ fit ex lacte nigrarum caprarum in laudatis paſcuis victitantium, recenterq; fœtarum. Excalfacit hæc, atq; ſiccat ordine primo completo, & vſq; ad ſecundum. Quinetiam attenuat, abluit, abſtergit, & nitroſa, qua referta eſt facultate, aluum abſq; aliqua mordacitate leniter ſubducit, bilem

tam flauam, tum atram ab exuſtis humoribus genitam deÿcit, quo fit vt mirificè conferat maniacis, & melancholicis. Præſtat item ad viſcerum infarctus, & morbis inde prouenientibus opitulatur, nimirum aqua intercute laborantibus, felle ſuffuſis, & lienoſis. Datur vtiliter febrientibus ex bile, & viſcerum ac vaſorum obſtructionibus. Competit etiamnum vitÿs in cute à bile & peruſtis humoribus emergentibus. Quare lichenibus, vitiliginibus, alphis, pſoris, lepriſq; admodum conuenit. Ne præterea remoram inÿciat plantarum noſtrarum non ita vulgarium ignoratio, paucis meam explicabo ſententiam, potiſſimùm quom hic mirè hominum noſtrorum iudicia varient. Præcipua autem celebriorq; cochlearia eſt, quæ ternas perſpicuè oſtendit formas, pro ætatis diuerſitate. Primò enim ortu foliola edit ophioglosſo, vel linguæ ſerpentinæ ſimilima, quæ conſertim ab ipſa radice cum pediculis emergunt:

gunt; deinde poſt adoleſcentiam car-
noſiora euadunt, aſaroq́; & magnitudi-
ne ferè, & figura reſpondent, niſi quòd
circuitus notetur obtuſioribus angulis,
vt plurimùm ſeptenis, vel nouenis, po-
tiſſimùm etiam hyberno tempore, folio-
rum item minor portio plana, frequen-
ter verò conſpiciatur incurua ad coch-
learis analogiam, ex qua & etymi ratio
tam apud Germanos, quàm latinos pro-
fluxit, ut cotyledon meritò dici poſſit.
Tandem altero ætatis anno folia illa
hæderacea, vel aſaro conformia ſtrian-
tur, gracileſcuntq́; paulatim eô magis,
quò altius à radice ad vmbellam con-
ſcendunt, angulis interim quoq; ſe ma-
nifeſtius prodentibus, idq; menſibus,
Martio, Aprili, & Maio, quibus flores
luxuriant albi, in quorum locum dein-
ceps menſe Iunio ſuccedit ſemen vber-
rimum, quod maturum in exiguis cap-
ſulis apparet, obſcurè ſubrubrum, exi-
guum & planum. Radix huic eſt te-
nuis, albicans, recta, non longa. Guſtu

*herba deprehenditur calida in ſecundo gradu completo, aut potius tertio, ſi ſymbrijq́ cardamines acrimoniam attingit. Apud nos planta eſt domeſtica, apud Hollandos, Phryſios, & confines ditiones maritimas ſylueſtris. Et quia à nullo planta hæc depingitur authore, præterquam eruditiſsimo Dodonæo, qui tamen in eius delineatione multùm dereliquit, volui ego primus poſteritati exhibere genuinam effigiem.*

*Cochlearia*

Cochleariæ integræ forma.



Adoleſcentia & hyberna cochleariæ folia.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0172-4

*Contendunt pleriq́; hanc eſſe Telephium, quòd portulacæ ſimilia folia habere iudicetur, id quod à me negatur, licet quoq́; ad eius ſimilitudinem folia habeat: nequit tamen vnica hæc conditio nobis inde creare Telephium: alioqui cepæa, crithmum, tribulus terreſtris, tithymallus, helioſcopius etiam forent Telephium, quom folia ſortiantur portulacæ, hoc eſt, craſſa, lenta, carnoſa: At plures ſunt notæ repugnantes. Primum enim Telephium habet folia cærulea, id eſt obſcurè nigricantia, vt plumbago Plinij, branca vrſina: at cochlearia ſaturati eſt viroris. Secundò illius folia ſunt plana, æqualia: huius vt plurimùm ad cochlearis formam incurua cum exiguis angulis. Tertio cauliculi Telephij altius aſſurgunt, ſuntq́; referti folijs plurimis: cochleariæ pediculi à radice aſſurgunt plurimi cum folijs ſingulis in vnoquoq́; pediculo. Quartò nec caulem hæc habet portulacæ ſimilem, hoc eſt pinguem*

Cochleariæ non eſſe Telephium.

 &

*& rotundum, ſed pediculos ſolùmmodò introrſum anguloſos, extrorſum rotundos. Quintò illius flos quandoq; eſt albus, nonnunquam luteus; huius ſemper albus. Sextò loci ratione diuerſitas contingit: Telephium enim in cultis, & maximè inter vites naſcitur, cochlearia verò in Phryſiæ, & Hollandiæ pratis, & aggeribus mari vicinis, non vinetis. Septimò facultatis gradu differentia liquet, quandoquidem illud exiccandi & detergendi virtute præditum eſſe dicit Galenus, quemadmodum & Dioſcorides, quom vitiligines curare ſcribat, ſed non eſſe calidum inſigniter niſi in primo gradu. At cochlearia eundem occupat gradum quem ſiſymbrium cardamine: acrimoniam enim inſignem præbet guſtui. Telephium itaq; & cochleariam diſcrepare aſſerendum. Iam verò, neq; eſſe cochleariam eandem cum Plinij Britannica plantam, vt non nullis placet, hinc præter cætera demonſtratur, quòd non*

Cochleariam & Britannicam diuerſas eſſe plantas.

*ſit*

ſit altera à Dioſcoridis Britannica, quæ ſylueſtris lapathi ſortitur folia, ſed nigriora, piloſiora. & guſtu aſtringentia: Cochlearia autem rotunda, viridiora aſaro ſimilia, læuia minimè hirſuta, vt nec vllo modo aſtringentia: vrinam etenim promouet: Proinde etiam anginæ nullatenus conducit, velut illa vt Plinius vult. Britannica item habet caulem: cochlearia verò multos pediculos cum ſingulis folijs ab vna radice, quæ etiam hîc ad ſpithami longitudinem tendit; illius, breuis eſt.

Siſymbrium cardamine, ſiue naſturtium aquaticum minus, naſturtium aquaticum maius, & naſturtium hortenſe hyemale.

Siſymbrium quibuſdam Cardamina dictum i naſturtium eſt aquaticum minus, exiguis primò exorta folijs rotundis, quæ adoleſcendo paulatim gracileſcunt, prolonganturq́; ramulis numeroſis, in cacumine tantùm comantibus, in quibus floſculi tandem emergunt

Siſymbrium cardamine naſturtium aquaticum minus.

gunt

gunt candicantes circa veris initium. Id non modò in aquoſis, & riguis locis prouenit, ſed in hortis quoq́ꝫ, & circa itinera ſapore admodum acri. Alterum naſturtium aquaticum maius dictum, folia habet multò maiora, primò rotunda, quom verò adoleuerint, erucæ modò diſſecta, ſatiuo naſturtio ſapore proxima. In locis riguis, & potiſsimùm circa fontium riuos diſcurrentes naſcitur. Italis nuncupatur Siſembro aquatico, & Creſsione, Gallis Creſſon, Hiſpanis Berros, & Agriors, Germanis, Brunkreſſen, & VVaſſerkreſſen, vtriusq́ꝫ icones à Matthiolo exquiſitè proponuntur.

Naſturtium aquaticum maius.

Creſſon.

Eſt & naſturtium dictum hybernum, maiori aquatico primùm ſimile, quo autem huius folia ætatem conſequuntur maturiorem, eò frequentius profundiusq́ꝫ laciniantur, maximè caulem verſus, irionis modo, antrorſum verò cum quinq́ꝫ angulis in circumferentia variant. Caulis autem altius rectà excreſcit

Naſturtium hybernum.

*creſcit anguloſus, ſtriatus, racemoſus, & flexilis, floribus in cacumine luteis, qui in Maio, & Iunij initio florent, quibus pereuntibus, emergunt ſiliquæ oblongæ rotundæ, & erectæ, exiguum continentes ſemen: in hyeme naſturtij aquatici maioris effigiem refert, in acetarijs familiare. Dodonæus* ψευδοϐού-νιον *Dioſcoridis eſſe arbitratur, nuncupatq́; Barbaream, vel herbam. S. Barbaræ: Gallis herbe de Sanct Barbe dicitur: noſtratibus VVinterkreſſe. Tres hæ nominatæ naſturtij ſpecies in Scorbuti curatione ſunt vtiliſſimæ.*

## Ex Ioannis Langij Lembergij. Miſcellan par 2. De nouis morbis.

*QVod in meis, præter amicorum conſuetudinem, literis nihil noui ſignificauerim, non tantùm admirari, ſed ægrè ferre quoq; videris. Nempe quom in epiſtola de portentoſo partu aſſeruerim, Germaniam crebrius*

*ipſa*

ipſa Africa, aliquid morborum vel monſtri noui parturire. Nam vt Diogenianus octaui apud Plutarchum Sympoſij conuiua ait, οἱ δὲ καὶ τὰ νοσήματα τὴν φύσιν, ὥσπερ τέρατα γεννᾶν ἀξιοῦσι, id eſt, aliqui naturam parere morbos nouos, æquè ac monſtra cenſent. Si id ſcire tibi cordi, & non horrori fore ſciuiſſem, non modò quid noſtra ætate, ſed etiam, quid olim in genere morborum noui præteritis ſeculis, accidiſſet, libens ſignificaſſem: nam vt tu es φιλόκαινος, nouitatis amator, ita ego ſum παλαιόφιλος, antiquitatis amator. His porrò morborum monſtris, non ſolùm ob ſiderum, & cæli ex octaua domo ſchemata, aëris, aquarum mutationem, ſed ob ganeam, mutati victus rationem Germania noſtra eſt valdè fœcunda: quæ quom, vt alia quæuis monſtra, præter naturæ conſilium accidant: ita quoque ſenſim exoleſcunt, vel in aliam morbi ſpeciem degenerant, vt febris illa ex Britannia ſudoriſera, & venerea illa

Morborum monſtra noua.

Cauſſæ nouorum morborum.

ex

ex Neapoli contagionis lues, quæ quom ſit multorum morborum farrago, facilè in alias cummutari ægritudines potuit: vt rectè quis cum Poeta exclamarit: Species morbi gallici mutata.

Heu quantum noſter mutatus ab illo?

An non noua quoq; morborum portenta, dum Traianus Cæſar orbi imperaret, contigerunt? dum quidam diuturna laborans δυσουρίᾳ tandem emixerit geniculatum ordei calamum. Ac dum Plutarchus viueret, adoleſcens ephebus magna cum ſpermatis vbertate excreuit animalculum hirſutum & multipes. At illud longè mirabilius, quom quædam in Principis cuiusdam Germani gynæcio iuuencula, ad ſpeculum ſeſe adornaret, detentis in ore acubus, quibus peplum affigeret, ab amaſio à tergo clanculum adeunte intra ſcapulas perculſa, ingemiſcens acus deglutiuit, quas poſt biduum illæſis vreteris eminxit. Atqui quom hæc rarenter,

Hæc morborum portenta Plutar. Symp. 8. cap. 9.

Tres morbo Claſſes Gal. 1. Epid. 1. Et lib 2 de nat hum. & lib 1. De ratio. vict. acut. Morbi epidemii & endemii.

*ter, & admodum paucis accidant, præter morbi rationem miraculis, quàm morbis, ſunt ſimiliora, quorum tres ſunt primariæ claſſes. Epidemij, qui ex aëris, & aquæ infectione, aut priuata virulentæ luis contagione, aut dei ob noſtra delicta vltione, ac vindicta vulgò graſſantur. Alij ſunt endemij vni populo familiares, ob uitiatas mineris aquas, vt Corinthijs, & quibuſdam Alpium accolis, ſteatomata, ſtrumæ, bronchoceli: aut ob crudi, & ſalſi victus rationem, vt Danis Stomacacia: vel vni nationi ſunt vernaculi, & quaſi natalitij.*

Morbi ſporades.

*Tertiæ claſſis morbi dicuntur ſporades, qui ex praua victus ratione diſpari ſpecie, paſſim, & ſparſim graſſantur. Nihil ſanè æquè parit morbos, & veteres innouat, ac praua cibi, & potus victus ratiò;* ἐκ τούτων γὰρ *(inquit Diogenianus)* νοσοῦμεν, οἷς καὶ ζῶμεν, *ex his enim ægrotamus, quibus & viuimus.*

Plutar 8. Symp. Hip lib. 2. de nat. humana.

*Ad ſanitatis quippe conſeruationem & morbi effugium, plurimum*

*mum referre, quo quisq; cibo aut potu vtatur, Iulius Cæſar de bellis ciuilibus teſtatur, in quibus aſſerit, Maſſilienſes graui peſte conflictatos, quod in obſidione ob annonæ inopiam, veterem panicum, ordeumq; exoletum edere fame coacti fuiſſent. Herodotus in Euterpe ſcribit Aegyptios ac Chaldæos, quouis menſe triduo ſe vomitu purgare, atq; inteſtina clyſterijs eluere ſolitos, ſanitatis conſeruandæ ergò; arbitrati inquit, omnes corporis languores, ex cibis & aëris mutatione oriri. Quod & ille Medicorum coryphæus Hippocrates libro de natura humana altero his verbis nobis teſtatum reliquit. At præſtat Galeni eiusdem fidi interpretis verba Græca, quæ plus energiæ habent, adſcribere.*

Massilien. pestis.

Diodor. quoque eadem Lib. 1. & 4.

Εἴπερ οἱ ἐν Αἴνῳ ἐν λιμῷ, ὀσπριοφαγόντες, σκελέωμ ἀκραγέες ἐγγίνοντο. αὐτὰρ καὶ οἱ ὀροβοφαγέοντες, γουναλγέες. ἴσμεμ δὲ, ὅτι καὶ πυροὺς ἡμισαπέας διὰ λιμὸμ ἀναγκασθέντες ἐσθίειμ τινὲς, κοινὸμ ἀπὸ τῆς κοινῆς αἰτίας ἐνόσησαμ νόσημα, καὶ τὸ στρατόπεδομ ὅλομ ὕδατι μοχθηρῷ χρησάμενομ, ὁμοίως

Verba Hippo. & Gale. de natu huma.

ἐν ἅπασι τοῖς στρατιώταις τὴν βλάβην ἔχει. *Id eſt non rectè Hippocrates omnium communium morborum cauſſam, in ſolum aërem refert, ſiquidem qui in Eno vrgente fame, veſcebantur leguminibus, cruribus vacillabant, qui verò erua edebant, hos genuum dolor infeſtabat. Nec verò nos id latet, quom quidam cogente fame, triticum ſemiputre manducaſſent, in communem, communem ob cauſſam, incidiſſe morbum. Aliquando etiam quom totus exercitus vitiata vteretur aqua, ſimiliter eodem morbo omnes afflictos fuiſſe milites. Hæc Galenus. Quod & Pliniȷ hiſtoria perbellè confirmat, qui ſcribit in Germanici Cæſaris exercitu citra Rhenum ex, vitioſi & medicati fontis aquæ potu, vi malefica conſpurcatæ, duos nouos exiliÿſſe morbos, quorum alter erat putridum oris maleolentis vitium, quod* στομακάκην *appellabant, quo intra biennium omnes dentes decidebant,*

Plin. Lib. 25. Cap. 3.

Stomacace.

*bant,*

bant, commune quoq; Gallicæ luis ſymptoma: Alterum quod neruos crurum adeo oblædebat, vt compages in genibus diſſoluerentur, & crura vellicaret, quod ob id σκελετύρβην à cruribus appellarunt. Strabo vero nõ in Germania, nec ex vitio aquæ tantùm, ſed in Arabia quoq;, ex fructuum ac pomorum eius regionis eſu, in Gallorum exercitu vtrunq; malum ſeuiiſſe tradit. Quæ ſua ſeminaria in Daniam, & Noruegiam vsq; propagaſſe videntur, vbi (vt Olaus Magnus Gotthorum Archiepiſcopus, harum rerum teſtis oculatus ſcribit) ex cibis, piſcibus, carne, ſale, & ſuffitu maceratis, eſculentis frigidis, & crudis, ac pane non probè piſto, morbus ille horrendus caſtrenſis & à vulgo dictus Scherbock, incrudeſcit, quo fauces, & gingiuæ putreſcunt, ventriculus duris cruciatibus torquetur, dentes ſtupent, & vacillant, membra carnoſa tumore inflantur, & caro ſub

Sceletybe.

Olaus de regio. Sept. l. 9. Cap. 38 & lib. 16 ca. 51.

Scherbock Daniæ & Noruegiæ morbus.

cute liuida, ac vt cera mollis tabeſcit, ac digitorum impreſſioni velut œdema cedit: obſeſſi verò in Dania, ne defectu carnium recentium hoc corripiantur morbo, pecora ſecum abducta, vel hoſtibus adempta, in herboſis domorum tectis paſcunt. Hic morbus frigida murorum exhalatione exacerbatur, intra tabulata verò miteſcit: aſſiduo autem potu vini abſinthitis, aut veteris cum butyro cereuiſiæ, in qua abſinthium quoq; maceratum ſit, potu; is crudelis morbus profligatur: quem vt nouum Coloniæ incrudeſcere morbum, quom non diſſimili Danorum victus ratione vtantur, Doctor Ioannes Echtius, vir eruditione, vitæq; integritate ſpectatus mihi recenſuit. Senſit quidem, inquit Plinius, & facies hominum nouos, omniq; æuo priore incognitos, non Italiæ modo, verùm vniuerſæ propè Europæ, morboſ. Grauiſſimum ex his morbi genus, quod primum Tiberij Claudij principatu irrepſit in Italiam, Lichenas Græco nomine: La

Pl. L. 25. cap. 1 Plutat. Symp. 8. Cap. 9. De nouis morbis hæc Pli L. 26. Cap 1. Pet Crin. L 20. cap. 10 Plut vt ſupra.

Lichen. mentagra.

tino quidem, quoniam ioculari quadam laſciuia à mẽto pullularet, mox vſurpato inde vocabulo Mentagram apellauerunt. Græcorum elephantiaſin, quam Arabum eſſe lepram aſſerimus, ante Pompei magni ætatem Italia non vidit, & quam ex canis rabie ὑδροφόβαν iuxta Aſclepiadis primùm tempora, Græcorum medicis agnitam, Athenodorus Philoſophus in primo epidemiorum teſtatur. Et hic quidem morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt, ſicut & ille, quem Gemurſam appellarũt priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine iam obliterato: Id ipſum certè, inquit Plinius, mirabile, alios deſinere morbos, alios durare ſicut colum, quod Tiberij Cæſaris principatu irrepſit, malum. At Plutarcho mirabile non videtur, dum ob nouam victus rationem, nouos incrudeſcere morbos, & rurſus ob alteratam corporis cõplexionem eos exoleſcere quoq; pateat, inquit enim, διὸ μὴ θαυμάζωμεν ἂν γένηται τι τῶν οὐ πρότερον

Aquæ timor in canis rabie.

De Gemurſa hæc Plin. lib. 26. ca. 1.

Ex oct. Plutar Sympo

πρότερον ὄντων, ὕστερον ἐκλέλοιπεν. αἰτία γὰρ ἡ τῶν σωμάτων φύσις, ἄλλην ἄλλοτε λαμβάνουσα κρᾶσιν. *Id eſt, nihil admirabimur, ſi quid morborum acciderit, quod prius non erat, ac rurſum defecerit, cauſſa enim eſt corporum natura, aliam, atq; aliam ſuſcipiens temperaturam. Quid igitur ad has nouitatis morborum cauſſas reſpondebis? An vis vt Affrica plus nouitatis afferat? aut Deorum iras cenſebis? Parum ne erat, quom homo trecentis morborum generibus infeſtaretur, niſi etiam noua adderentur? à quibus te & humanum genus vniuerſum Chriſtus, qui pro nobis languores noſtros ſuſtinuit, aſſerere velit.*

De morborum numero Plin. quoque lib. 7. cap. 51. & lib. 25. ca. 2.

## De veterum Stomacacia, & Sceletyrbe, & morbi Gallici tuberibus.

A*Ccepiſti ne modò obſecro Theodorice exoletos veterum morbos? quorum vel nomina ſunt obliterata, ſemina-*

ſeminaria tamen in corporibus elementarijs rediuiua delituerunt: ob mutatam victus rationem, loci, aquarum, aërisq; naturam, cœleſtium ſiderum ortus, occaſusq; radijs alteratam, vt nouos nonnunquam renaſci morbos. Ob id accidit, vt Plinius, Strabo, Olausq; Gothorum Archiepiſcopus, Stomacaciam, Sceletyrben, nouos in Dania, & Cæſaris Germanici exercitu caſtrenſes eſſe, & dici morbos arbitrati ſint, quom ijdem ante Hippocratis quoq; tempora mortale hominum genus diris calamitatibus afflixerint. Id ambiguitatis vt in herbarum cenſura, nominum varietas, & mutatio effecit. Stomacacian quippe Danorum, & Cæſaris Germanici militum morbum, Hippocrates libro de internis affectibus, ſub nomine voluuli hæmathites, non deſcribere, ſed tanquam penicillo his verbis depingere videtur: In hoc, inquit, morbo accidunt, vt ex ore malè oleant, à dentibus gingiuæ diſcedunt, & à naribus ſanguis profluit,

Volulus hæmathites ſto. macacia noſtra, de quo Hipp. lib. de morb. inter.

Ab oſſe ſacro vſque ad talos crurum paralyſis.

profluit, aliquando ex cruribus vlcera pullulant, & alia ſaneſcunt, alia emergunt, & cutis extenuata nigreſcit. Eſt & alter ærumnoſius neruorum morbus, ac roboris eorum decoctor, ante Cæſaris Germanici expeditionem quoque non ignotus, quem à ſolutis in genibus neruorum compagibus Sceletyrben appellarunt. Hic ex lentore, & defluxu phlegmatis per ſpinæ medullam, obſtructis ac relaxatis neruis, qui à poſtremis lumborum vertebris, & oſſe ſacro, vbi multifariam diuaricantur, ac in colli veſicæ, & ſphincteris muſculum & crura propagantur, cæteris ſupremis à lumborum vertebris per totam corporis molem neruis illæſis. Quo fit, vt ſuprema corporis pars in vigore ſubſiſtat, & inferna ab vmbilico ad talos vsq; relaxetur, & ægrotus cruribus tremat, & vacillet, ac titubet. Nerui quoque groſſo de phlegmate flatu diſteti, quom in lecto vel quouis motu incaluerint, & crurum, ac veſicæ muſculi ſaltu iectigationis

De Sceletyrbe Plin. lib. 25. cap. 3.

*gationis adeò conuelluntur, vt lotium præter voluntatis arbitrium emingāt. Quid multis? Corpus niſi baculis ſuffultum ſuerit, progreſſuri labaſcunt, & corruunt. Quemadmodum Hippocrates lib. prænotionum altero hiſce verbis deſcribit: Medulla, inquit, ſpinæ affecta, homo nec crurum, nec veſicæ, aut ventris officio potens eſt, niſi vrgente neceßitate; ſi verò morbus inualuerit, tum aliquando præter voluntatem meÿt, & egerit. Hunc verò morbum author libri deſinitionum pereleganter ita deſiniuit.* Σκελοτύρβη ἐστὶν εἶδος παραλύσεως, ὥστε περιπατεῖν ἐπ' εὐθείας μὴ δύνασθαι, καὶ ποτὲ μὲν κατ' εὐθὺ, ποτὲ δὲ εὐώνυμον εἰς τὰ δεξιὰ περιφέρειν, ἢ τὸ δεξιὸν εἰς τὰ ἀριστερὰ, καὶ ποτὲ μὲν ἐπισύρειν τὸ σκέλος, ὥσπερ οἱ ἀναβαίνοντες τι μέγα. *Id eſt, Sceletyrbe eſt ſpecies paralyſis, qua correpti recto calle progredi non poſſunt, ſed modò à dextris in ſiniſtrum vacillant, ac ſiniſtrum pedem in dextrum circumferunt, ac*

Hippoc. lib. prædict. 2.

Galeni in lib. definitionum ſceletyrbes deſcriptio.

coguutur dextrum in ſiniſtrum, & in progreſſu attollere crus, tāquam hi, qui magna & ardua conſcendere volunt. Plæriq; mederi cum theriaca, ac balneis laconicis, & vnguentis calorificis de caſtorio, coſto, ac euphorbio volunt. Sed fruſtra omnis conatus, quum thermis ſulphureis fruſtra inſudarunt: quibus tamen eſum odoremq; columbarum ſyluestrium eſſe ſalutarem. Zoar Soldano ſcripſit, & dixit: Comedere columbas ſyluestres eſt præſentanea antidotos relaxationi omnium membrorum, & illis, qui reponunt poſt ſe crura & pedes, & ſalutares priuationi ſenſus, & motus. Verſari etiam in periſterotrophio, id eſt, columbario, eſt ijs paraliticis valde ſalutare. Morbum quoq; Gallicum, quamuis ſit veterum morborum farrago, & colluuies, nouum tamen eſſe plæriq; contendant, quom ſæua illius Symptωmata, multis ſeculis, antequam incrudeſcerent, nobis viſa ſint: varia ſcilicet exanthematum genera,

Eſus columbarum medetur paralyſi. Rabi Moſes in conſilio ad Soldanum.

Morbus Gallicus vetus morbus.

nera, lychen, ſerpigo, herpes, gargareonis & tonſillarum vlcera, ſephiros, cancer & ſteatomata, tubera, ac ex intima oſsium medulla concretus ſub illorum panniculis tumor: & in cruribus ſcyrrhi & πόροι, qui noctu plus q̃ interdiu ſæuiunt: quos ochram θρύπτειν, id eſt, diſsipare, dixit Dioſcorides. Nec tam dirus in arthritide ex viſcidi humoris lentore graſſatur dolor, qualis circa oſſa in hoc Gallico morbo ſæuire ſolet, quem Græcè ὀστοκόπον ob id dicunt. Qualem quoq; dolorem, & olim Archigenes, & Galenus, oſsibus cranei impactum, cantharidum cauterijs, & helleboriſmo purgarunt. Προμεμελετηκῦιαν, inquit Aëtius, ἤδη γὰρ διάθεσιν καὶ ἐν αὐτοῖς ὡς εἰπεῖν, τοῖς ὀστέοις πεπυγῦιαν. Hoc teſtatum fiet, Oſtocopum, oſsium dolorem, antequam Gallica ex venere lues innoteſceret, in humana deſeuijſſe corpora. Vnde & in capite, ſub pericranio tubera, oſsibus cranei impacta crebrò innaſci vidimus, quæ ex

De dolore oſsium Aretæus Capadox lib. 2. cap. 12.

Ca. de ochra terra.

Aetius lib. 6. cap. de hemicrania.

*ex morbo Gallico cephalalgiæ agnata, meritò dicere poteris. Proinde nihil opus eſſe arbitror, vt meis literis ſemper aliquid noui ſignificem, quom exoleti veterum morbi quotannis denuò incrudeſcant, & renouentur, & vt Comicus ait, nil dictum modò, quod non ſit dictum prius: ita nil in morbis modò accidit, quod non acciderit olim. Vale.*

# RERVM AC VERBORVM INDEX.

## A.

Accidentia propria in morbis conſideranda 2
Actio læſa in morbis conſideranda 2
Aër, & victus præcipua morborũ cauſſa 27
Alexandrini quibus veſcantur 26
Alumen deſiccat & aſtringit 47
Ambulandi impotentia vnde proueniat 202
Anni conſtitutio morbos præſagit 2
Anni conſtitutio quare cauſſa ſit magnorum lienum 27.28
Antimonium valdè deſiccat 46
Apoplexia à ventriculo etiam oritur 21
Aquæ potus ſplenes magnos facit 26. 27
Aquæ quomodo differant 4
Arquatus niger quomodo fiat 14. 15
Auranciorum pomorum conſideratio 75
Aurancia Scorbuto conuenire 76
Aqua in Lesbo hydropicis conueniens 77.78
Aquæ vſus quàm ſit neceſſarius 65
Aquarum differentiæ 62.77
Aquarum varij effectus 77

Aſclepia-

Aſclepiades in quibus morbum & ſanitatem conſtituit 2
Aſia differt ab Europa 5
Aſiani quare ſint timidi & effæminati 5
Anconæ criſes frequentiſsimæ 3.73 7.4
Auſtrina conſtitutio quos morbos pariat 23
Autumnalis acceſsio longior & periculoſior 30.

B.

Biſtortæ facultas 59
Biſtorta fœtum in vtero continet 60
Biſtorta ſecuros reddit à ſceletyrbe ibid.
Biſtorta loco Britannicæ ſumenda 59
Biſtorta viribus reſpondet Britannicæ 59. 245.246
Balneorum ferratorum conſideratio 80
Balnea ferrata ſcorbuto conuenire 76
Balnea ferrata ſcabiem curare 79
Balnea ferrata veſicæ vlceribus prodeſſe 79
Batauia 96
Bremenſes 94
Blauſcuyt 216
Britannica herba, eiusq́ꝫ conſideratio 216
Borealis conſtitutio quos morbos pariat 2
Bononiæ capitis vulnera lethalia 3
Ibidem vulnera tibiarum facillima 3
Britannicæ flores vibones dicti 55
Britannica oris vlceribus conuenit 51

Britan-

Britannicæ loco biſtorta ſumenda eſt 59
Britannica vulnera conglutinat 51.60
Britannica viribus reſpondet biſtortæ 59
Bronchocele quare frequens ſit in Stiria, & Carinthia 5
Bubulæ carnes quæ optimæ ſint 57

## C.

Cancer quomodo fiat 13
Cancer vlceratus 31
Cepææ decoctum vlceribus oris non conuenit 52
Carbunculus Narbonenſi Prouinciæ familiaris 6
Carnes Bubulæ melancholici ſucci ſunt 56
fumo incruſtatæ 41
Iuuencorum ſale aſpergendæ 57.41
Veruecinæ modicè ſaliendæ 41
Caro ſuperexcreſcens quomodo auferenda 53
Cauſſa effectrix in morbo conſideranda 24
Cauſſa externa curationem non indicat 24
Cauſſa externa morbum demonſtrat 24
Cauſſa quid ſit ibid.
Cauſſæ internæ quæ ſint 23
Cauſſæ euidentes quæ ſint ibid.
Cauſſarum diuiſio 23.24
Cerebrum coafficitur alijs partibus 21

Cerebrum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0195-7

Cerebrum & ventriculus quare facilè coaf-
ficiantur 21. 22
Chamedrite vinum ſpleneticis plurimùm con-
fert 41
Chymiſtas ſingulis metallis ſuos aſſcribere
planetas 80. 81
Color vitiatus in morbis conſiderandus 2
Corporis conſtitutio quare cauſſa ſit magno-
rum lienum 25
Cochleariæ herbæ deſcriptio 254. 255. 256
Cochleariæ integræ forma 257
eiuſdem adoleſcentia & hyberna folia 258
eiuſdem ſemen & radix 255
Cochleariam non eſſe Britannicam 260
Cochleariam non eſſe telephium 259
Cranon peſtilentibus morbis cur infeſtata 3
Cicatrices nigræ quibus accidant & vnde
fiant 8. 9
Crurum mala diſpoſitio 208
Crurum lituræ quomodo fouendæ 247
Cruri conſentit cerebrum 22
Cutis oſtendit ſuccum ſubiectum 17
Cutis ſimilis effloreſcit humoribus 17

D.

Dodonæi in cochleariæ deſcriptione lapſus
256

Dolor

Dolor in morbis conſiderandus 2
Dyſenteria lethalis 31
Dyſenteriæ quando fiant 23

## E.

Eclegma pro lienoſis 37
Elephantiaſis peculiare malum Ægypti 5
Elephantiaſis vnde generetur 26
Elephantiaſis quomodo fiat 26
Emplaſtrum è ſori 49
Endemius morbus quis ſit 28
Eriſipelas quando generetur 13
Epilepſia à ventriculo orta 21
Eſſentia debet cognoſci ante cauſſam et qualitatem 1
Eſſentia morbi vnde iudicetur 2
Europa differt ab Aſia 5
Europæi quare ſint audaces & feroces 5
Excrementa in morbis conſideranda 2
Excrementum omne creat morbos ſui generis 16

## F.

Febres acutæ quando fiant 3
Febris melancholiam generat 207
Ferrariæ perpaucæ criſes 3.74
Ferri natura 78

Ferrum ſpleni conuenit 78
Fontis acidi in Arduenna ſylua mixtæ facultatis 78
Fontes mineralium quæ præterlabuntur naturam imbibunt 78 79
Fons in Germania trans Rhenum 7
Frictio mollis tibÿs conueniens 41
Fumatæ carnes peſſimi ſucci. 57

## G.

Gargariſma vlceribus oris conueniens 52
Gemurſa morbus 6.271
Gingiuæ quibus malæ ſint 8
Gibboſitas quomodo ſoluatur 22
Gingipedium 204.220
Grumus ſanguinis quid efficiat 202
Gutta quid 87

## H.

Herpetes quomodo gignantur 13
Holera humida ſplenes augent 26
Hollandi fungoſi 27
Hollandi cur magis ſplenitide laborent 27
Hollandi quibus veſcantur ibid.
Hollandi Boreæ ac Rheni munus 93
Hollandia ligna auerſatur 94
Hiſpanica lues appellatur morbus incognitus & fara

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0198-4

& farrago multorum morborum 94
Hollandia à lignorum congerie vocata eſt 93.66. 67
Hollandia cur ad concitatiores ingreſſus tremat 95
Hoylandia à fœno dicta 93
Hollandia à cauitate dicta 93
Hollandia à ſyluarum frequentia appellata ibidem.
Homines in cauis locis citius ſeneſcunt 3
Homines in edutis locis tardius ſeneſcunt 3
Humidus cœli ſtatus lienes auget 28
Hyems auſtrina & ver ſiccum quos morbos pariant 2
Hyems ſicca & ver pluuium, quos morbos gignat 2

## I.

Iecinori conſentit cerebrum 22
Intemperies curanda ante hulcus 43
Intemperies quomodo tollenda 213. 214
Ioannes Langius notatur 17
Ioannis Langij laus ibid.
Ioannis VVieri laus 68.69
Icterus quomodo fiat 13

## L.

Lichene quando Italiam inuaſit 6
Liene affecto lordoſis accidit 23
Lienes magnos qui morbi comitentur 23

*Liene affecto ſceletyrbe accidit* 23
*Lien melancholiam ad crura tranſmittit ibidem*
*Lieni conſentit cerebrum* 22
*Lienis magna ſymptomata* 61.70
*Lienis humiditas vnde procedat* 25
*Lienoſis è ſiniſtra nare ſanguis fluit* 11
*Lienoſis quæ vena tundenda ſit* 35
*Lienes magni hæreditarius morbus eſt* 29
*Lienes magni icteritia nigra non eſt* 12
*Lienoſis ſanguinis miſsio procurari debet* 34
*Lienoſorum potus* 57
*Lienoſorum victus* ibid.
*Liturarum in cruribus animaduerſio* 70
*Lippitudines quando fiant* 3
*Locorum varietas morbos præſagit* 2
*Locum affectum quæ demonſtrent* ibid.
λόρδωσις 15.23.85.70
*Lumbaginis cauſſa* 85
*Lumbagini autumnus pernicioſus* 89
*quid cum quartana commune habet.* 87. 88.

## M.

*Medicamenta mitiora præcedere debent* 36
*Medicamenta quò ſimpliciora eò efficaciora* 36
*Medicamenta vehementiora, quando et quibus ſint exhibenda* 37

Medicamenta hulceribus conuenientia 46. 47
Medicus aquas conſiderare debet 4.
Medico conſideranda ibid.
Mala aurancia quare ſcorbuto proſint 75. 76
Mentagra quando primùm Italiam inuaſit 6
Morbi quidam in certis membris gignuntur 5
in Morbis quæ conſideranda 1
Morbi quidam repentè gignuntur 5
Morbum quæ demonſtrent 2
Morbus in quibus partibus conſiſtat 1. 2
Morbus vnde procedat 1. 2
Muccago pedum bubulorum neruis conueniens 42
Mulieres quando abortiant 2
Multitudo quomodo tollatur 213.


## N.

Natura ludit rerum varietate 6
Natura morbi cognoſcenda, antequam curationem aggrediaris 1
Natura rei debet cognoſci ante cauſſam, & qualitatem 1
Nabathæi ſcorbuto correpti Augusti Cæſaris ætate 218

Naſturtium aquaticum minus, maius & hortenſe 261
Naſturtium hyemale 262
Naſturtij ſpecies tres vtiles in ſcorbuti curatione 263
Neceſſarium non eſt vt Stomacace cum ſceletyrbe coniungatur 70

## O.

Obſtructio quomodo tollatur 213
Oleum Calchanti acido dulce dentibus vacillantibus optimum remedium 54
Olai magni locus 223. 224
Oliuæ folia 53
Omphacium 52
Ordo in ſtomacaces inquiſitione 1
Origo morbi cognoſcenda ante euacuationem 1
Os quibus malè oleat 8.11
Oſtedo 12.220
Oßis ſacri tabes 88
Ouillæ carnes quæ præſtantiores 58
Oxymel 38
Oxyacanthæ folia 53.

## P.

Phaſiani pallidi 25
Pinguia omnia obſtruunt 42
Plinius cauſſas rerum non ſerutatus eſt 10
Plinius

*Plinius obſeruauit quæ experientia erant cognita* 10
*Purgatio humorem ſeligit* 34
*Potus lienoſorum* 57
*Putredinis forma non ſcitur* 204
*Putredo frigida vbi ſit* 203

## *Q.*

*Quatuor in cognitionem rei nos ducunt* 1

## *R.*

*Regio quare ſit magnorum ſplenum cauſſa* 24. 25
*Reſolutio neruorum quid ſit* 19
*Raphani liquor* 240
*Romæ tibiarum vulnera non curantur* 3
*capitis vulnera facilè curantur* 3

## *S.*

*Sal excrementum carnium conſumit* 58
*Sanguis corruptus quid efficiat* 202
*Sanguis quibus effundatur* 8
*Sceletyrbe quid ſit* 20. 275. 276
*Sceletyrben non eſſe nouum morbum* 272.
*Sceletyrbe Græcorum alia à Scorbuto* 205 220
*Sceletyrbe ignota Græcis & Arabibus* 2 4
*Sceletyrbe morbus endemius eſt* 28

Sceletyrbe non eſt icteritia nigra 205
Sceletyrbe oſsium perturbatio eſt 20
Sceletyrbe non eſt paralyſis 19
Sceletyrbe potiſsimum fit vere & autumno 29
Sceletyrbe eſt reſolutionis ſpecies 20
Sceletyrbe diuerſum omnino eſt malum ab affectibus crurum 215
  qui fiat in autumno & vere 29
  ſingulis annis recurrit 54
  qui de ea ſcripſerint 204
  eius definitio 20
  eius delineatio 18
  eius prophylactice 54
Sceletyrbicum ulcus 44
Sceletyrbicis ſanguis mitti debet 44
in Sceletyrbico vlcere quæ conſideranda 44. 45. victus ratio 40 41. 56. 57
Sceletyrbicum vlcus idem quod telephium 33
Scerbock 12 269
Scorbuck 224
Scerbock Daniæ & Norvegiæ morbus 269. eius curatio 233. 234
Scorbein 216
Scorbuti cauſſæ coniunctæ 207
  cauſſæ procatarcticæ 206
  definitiones 98

indica-

indicationes curatiuæ 212. 213. 214
princeps cauſſa 209
Scorbutus non eſt icteritia nigra 223
ſigna propinquiora XVI. 210. 211
ſigna remotiora ſex 209. 210
ſymptomata 100
Scorbutum morbi ſequentes duo 201
vnde dicatur 204
vnde fiat 201
Scorbutus ex priore morbo naſcitur 99
gingipedium dicitur 204
ignotus Græcis & Arabibus ibid.
in principio tres morbos continet 100
Scorbutus morbus in conformatione 98
morbus in intemperie 100
morbus in numero 99
non eſt icteritia nigra 205
quibus ſuperueniat 201
Sceletyrbe veterum eſt 204
fere ſine febre ſubſiſtit 203
Scorbutum non eſſe nouum morbum 69
Scorbutum eſſe magnos Hippocratis lienes 68. 69
Scorbutus ab Olao magno deſcriptus 223
Scorbutus an icteritia nigra ibid.
an voluuli hæmatitæ ſpecies ibid.
an etiam veteribus cognitus 220
quibus locis potiſſimum graſſetur 217

*Scorbuti lues vetus, ſed peculiaribus tamen locis familiaris* 217
*Scorbuti definitio* 215
*Scuerbuck ventris ruptura* 12
*Scormunt* 216
*Siſembro aquatico* 262
*Siccantia modicè* 46
*Spinalis tabes ab immodica venere* 85
*à defluxu humorum in acetabula coxendicum* 88
*Splenem magnum quid arguat* 8
*Splenis magnitudo curanda eſt ante hulcera* 44 *quomodo curanda* 44
*conſtitutio anni eorum cauſſa eſt* 24
*eorundem cauſſa eſt regio* 24
*item victus ratio* 26
*Splenitides vbi proueniant* 5
*Stomacace vnde dicta eſt* 7. 218
*Stomacace icteritia non eſt* 12
*Stomacace vide Sceletyrbe* 7
*Stomacacia* 273
Στομάχικα *medicamenta* 52
*Strumæ frequentes in Stiria & Carinthia* 5
*Suillæ carnes quæ præſtantiores* 56
*Sudor anglicus* 67
*Superſtitioſa curatio* 55
*Syſimbrium cardamine* 235. 256. 261
*Tabes*

## T.

Tabes dorſalis ex immodica venere 85
à defluxu catarrhi 86
Telephi diligentia vt curetur 32
Telephij facultas 33
Telephium cochlearia eſt 32
Telephium herba à telepho dicta ibid.
Telephium an cochlearia 260
eius folia 258
Telephus conſenuit in vlcere 32
Tempora anni vnde differant 2
Telephium idem eſt quod vlcus Sceletyrbi-cum 33
Tumor in morbis conſiderandus 2

## V.

Varicum origo vnde 22. 23
Vena quibus tundenda non ſit 34
Venæ ſub lingua quando tundendæ 54
Venæ ſectio omnes humores euacuat 34
Venetijs perpaucæ criſes 3
Ventriculus & cerebrum quare conſentiant 21
Ver ſiccum & hyems auſtrina quos morbos pariant 2
Ver pluuium & hyems ſicca quos morbos pa-riant 3

Vernalis

*Vernalis acceſsio breuior, & mitior* 30
*Victus & aër præcipua morborum cauſſa* 27
*Victus ratio in morbis eſt maximi momenti* 40.
*Victus quare magnorum ſplenum cauſſa ſit* 26. 27.
*Vlcera capitis, vbi tardè, vbi celeriter curentur* 3
*Vlcera cruris quibus accidant* 9
*Vlcera humida quæ requirant* 52
*Vlcera ſceletyrbica* 31
*Vlcera telephia ſunt ſceletyrbica* 32
*Vnde telephia dicta* ibid.
*in Vlcere quæ conſideranda* 47
*Vlceris, qua vlcus eſt, ſanatio* 46
*Vlceribus oris præſentiſs. remedium* 51
*Vlcus malignum quod ſit* 31
*Voluulus hæmatites Hippocratis eſt ſtomacacæ hodierna* 237
*Volucres fluuiatiles melancholici ſucci ſunt* 57
*Vomitus quid purget* 38.

Uh 3243a

X2203552

86.

M

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0213-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0214-8

# BALDVINI RONSSEI GANDENSIS
# DE MAGNIS HIPPOCRATIS LIENIBVS, PLINIIQVE STOMACACE ac Sceletyrbe, ſeu vulgò dicto
# SCORBVTO Commentariolus.

*Acceſſere*

Eiuſdem epiſtolæ quinq; eiuſdem argumenti.

*Ioannis Echthij de ſcorbuto epitome.*

*Ioannis Vuieri de ſcorbuto obſeruatio.*

*Ioannis Langij Epiſtolæ duæ de ſcorbuto.*

*Citò, tutò, & Iocundè.*

VVITEBERGÆ
Clemens Schleich excudebat.

*M. D. LXXXV.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107729-p0215-3